soluendo efficiat· nisi forte qui magis vult penam debitoris q̄z solutionē debitorū suorum· hoc aūt est malignitas diabolica que proculdubio nō vult peccatores diuites fieri: ne soluant debita peccatorū suorū: quorum solutio pn̄ialis satisfactio vel emendatio est· Et similiter nequitia hec est in quibusdam tabernarijs vel potius cauponibus: qui malunt p malignitate voluntaris sue verberare ribaldos: q̄z solui sibi cōpotū suum· Nō debes igit̄ mihi obsistere quo minus diues efficiar: ad soluenda debita in quibus teneor tibi· Hec aūt sunt pn̄iales emende· Ista tñi obsistentia in p̄iudicium tuū est t detrimentū· Amplius p hāc viam impedis/ ne ego iustus efficiar· Justus aūt est solus ille q̄z plena possidet iusticia· Impedis ergo temetipsum p hanc viā· t obsistis quo minus tu meipsa recupes atq; possides: Et quod videt̄ deterius tueris t conseruas inimicos tuos capitales: in possessione iuris tui/ qđ ego ipe sum· Amplius rñde mihi obsecro o pulcherrima dei iusticia· aut placēt tibi sole pene infernales t ppetue: aut placēt tibi alie· Q; si ille sole placent tibi: non placet igit̄ tibi de pctōribus nisi mors ipsorū ppetua atq; damnatio Hoc aūt est in quo euident̄ cōcordes cum demonibus· Hoc eñ ipi semp super oīa volunt de pctōribus· Preterea placitum illud non est bonitatis: sed malignitatis· Tu aūt bonitas verissima t purissima es· Si vero alie pene placent tibi cuz nulle alie sint: nisi que faciunt ad emendationē t correctionem peccatorum· Illis eñ satisfit de vindicta gloriosa/ de exterminio t expugnatiōe inimicorū tuorū/ quos maxime odisti/ vicz iniusticiarū que sunt vitia t pctā· Et isdē etiaz satisfit tibi de iure tuo: q; tibi p illas plene t meliorative restituit̄: vel saltem ad restituendū p̄paratur: dum ad expulsionē iniustorū detentor p eas litigat̄ pariter t pugnat̄· Absit ergo a te vt opprimas me opus tuū t consiliū impiorum adiuues· Placent igit̄ nō imerito pene penitētiales quas t ego mihi ppter te amore tuo irrogo: t ad hoc vt possim intendo· vt tante t tales sint p quas de vindicta tibi p tuo bñplacito satisfiat· Sola ergo peccata mea cū ipsis demonibus obsistunt/ mihiq; aduersant̄· t q̄niam excōicata sunt atq; a cōione creatoris t omniū sanctorū anathematisata: hoc ē separata· Propter hoc ego enitor cuitare ea/ t fugere ab eis· Quāto igit̄ forti⁹ tua sanctissima sp q; bñdicenda iusticia nō cōicas eis: qui omnium penarū atq; tormentorū instrumētis impugnas ea· Et de templo sancto tuo tanq; excōicata eijcere nō cessas· In hoc eñ dñationi tue oīa tormentorū t penarū genera deseruiunt· Et nihil timore tuo nihil etiā punitiōe illa vel debilitant vel cōpescūt vel prorsus expellunt· Et hec attendens dñe misc̄ie / memorabor iusticie tue solius· In his que dicturus sum in p̄sentia coram te: t allegabo iusticiam tuam solam p me: qui ppriam meā iusticiam t debitā conspicis nō habere· Dicam g̃ q; ius tuū in oīnibus t p oīa ego sum· t hoc iure t debito creationis tue· Creasti me dñe iesu christe/ deus meus/ vnus ver⁹ ac sol⁹· Justum ego sum hereditarium: te eñ constitu/ it deus pater heredē vniuersorū/ p quē fecit t secula· Sicut tuipse p os ap̄li tui testificat⁹ es in ep̄la eiusdem· ad Heb· Tuus sum iure amicitie t amoris ei⁹ qui te diligit deus pater p̄ per hanc eñ tantā tāq; sincerā t pfectā amicitiam: necesse sunt oīa que patris sunt tua esse· Omniū eñ amicorū vere pfecteq; amātium/ necesse est esse cōmunia· Tuus etiam sum iure t titulo emptionis· sicut p eundem Ap̄lm testificatus es dicentem· Empti estis p̄cio magno· Et iterū· Qui dedit seip̄m redēptionē p nobis p eundem· Tu⁹ etiā sum iure mercedis t retributiōis/ p magnifico acceptissimoq; obsequio: quod deo patri in sacratissima p̄sona tua impendisti/ tibi ab eodē p̄misso sicut ipsemet testatus est p Esaiā dicēte p̄ro eo q; tradidit in mortē animā suam· t cū impijs deputatus ē: videbit semen longeuuz t fortiū diuidit spolia· Tuus etiā sum bello iustissimo tibi acquisitus· illo vicz p̄lio de quo ipse testificatus es dicēs ad patrē· Vel ecclesia tua loquēs ad eundē· Obumbrasti sup caput meū in die belli· Et tibi nāq; t ecclesie tue rectissime congruit intellectus p̄monis isti⁹· sup caput tuū/ t etiā sup totū corpus tuū· obumbrauit deus pater in die belli· qui fuit dies victoriosissime passionis: qua potestates aereas debellasti· palam triumphans p̄ncipat⁹ t potestates in teipso· Hoc fuit p̄lium magnū q̄ tu verus michael p̄liatus es/ ibi cū dracone scz antiquo serpēte: quo bello proiect⁹ ē de celo eccl̄ie tue· Tu⁹ etiā sum iure sanctissime adiudicatiōis: q̄ tibi adiudicat⁹ suz i iudicio illo: i q̄ tuipe ore tuo sactissimo dixisti· Nūc iudicium est mundi: In ipa nāq; sacratissima inuictorioſissima passione tua/ cām tuā imo meaz scz t aliorū credentiū allegabas: t orando et

temetipm offerendo pro nobis· ppter qđ iudicio sanctissimo dei patris adiudicati fuim⁹ diabolo· Et ideo abiectus est foras de possessione qua nos possidebat· adiudicati sum⁹ tibi· qua ppter intrasti possessionē nostri per sacramentū regenerationis plene obtinēs possessionem nostri· Jus tuū etiam sum iure donationis: qua donatus dono tibi sum ad ipam petitionē tuam qua dixisti ad patrem orans: nō pro mundo rogo sed pro his qui credituri sunt p verbū eorū in me· De his ego sum per gratiam tuā vn⁹· ego eñ credo in te· qñ fidetendo in te/ꝛ puenire enitor vt possim ad te ꝛ in te/ vicꝫ vt totus sim in te/ sicut palmes in vite: sicut arbor plantata in terra bñdicta/ vt totus viuam ex te· duabus· ſ· quasi radicibus cordis mei radicitus infixus in te: vbi ex toto insugam vitale nutrimentū aie mee: exquor viuam ꝛ tibi fructificem· quod est dicere fructus feram tibi delectabiles ꝛ placitos: ꝛ qui nō pereant sed maneant/ qua ppter qđ tuuꝫ est ꝛ ad te iure ꝛ ex debito ptinet: id multiplici iure plenissimeqꝫ / liberare de manib⁹ inimicorum tuorū/ saluare atqꝫ defendere ꝛ tueri ab eis debes· Si eñ aliena iura eis quib⁹ auferant iustissime restituis eis quorum iure sunt· q̄to fortius hoc tibiꝫpsi debes· Te nāqꝫ plurimi qui iniuriam patiunt confidenter requirunt: vt iusticiam facias eis de inimicis suis iniuste: quiqꝫ iniuste ab eis sunt ablata restituens spoliatis· Hoc inq̄ petunt a te tanq̄ iuris debitū petentibus· Q̄to fort⁹ igit̄ h̄ tibi ipsi debes vicꝫ ee tibi in iure tuo ppit⁹· q̄liter eñ alij sperare poterūt a te: qđ tibiꝫpsi facere noluerunt·

Q̄ deus vult ad cum reuersionem ꝛ pnialem satisfactionem· Ca· XIIII

Quod si dixeris

q mihi qr indignissimū me feci dñatiōe tua ac seruitute nobilissima/ ꝛ ipsam possessionem quā in custodiendam/ quā mihi excolendam: modisqꝫ oñibus meliorandā cōmiseras: ego dissipaui: ꝛ eousqꝫ ꝺterior aui: vt pene iutilem eam tibi reddiderim· imo qđ verissimū ē: noxiā atqꝫ pnitiosam· cū de illa et p illā bellū tibi faciant vel fccerint tibi inimici tui/ ꝛ mei vsqꝫmō· Uerū vtiqꝫ dicis dñe de⁹ vitatis· Ego eñ rñdeo· licet tibi nō possuꝫ respōdere vnū p mille: nisi dñatiōis tue dignatio fuit recuparе me· hoc eñ facto: quecunqꝫ dissipata sunt a me· in meipo plene restituentur· ꝛ integre salua erūt tibi/ p bñplacito etiā tuo erit tibi satisfactū ꝛ emendatū quicq̄d cōtra te peccaui· Nō debes igit̄ causare dissipationem bonorū que mihi cōmisisti· neqꝫ alia q̄ pretendebas aduersum me· Nihil eñ a me iure poteris petere: nisi plenā restitutionē/ ꝛ ꝑtam satisfactionē· Hec aūt duo plene indubitanter tibi fient si pnialem iustificationem mihi pstiteris· Hec eñ cōtinet indubitāter pnialis cōuersio siue reuersio ad te Amplius dñe miscḋie ihesu christe: neminē possibile est venire ad te· ꝛ nemini possibile est moueri a te: nisi a te/ quicūqꝫ eñ mouet̄ ad te: necesse est vt hoc ei det̄ a te· Quia igit̄ tibi soli hoc possibile est/ a nullo alio debet̄· Si igit̄ ab aliquo debetur a te solo debet̄· ꝛ ppter hoc a te solo requirendum est· Q̄ si dixeris· quia ipsi peccatores auertunt se a te rumpentes funiculos caritatis quibus a te trahebant̄· verū vtiqꝫ dicis quia veritas es· Retentio tñ peccatorū in te ꝛ reuocatio eorū ad te nō est possibilis nisi tibi· Et sicut ppriū est illis infirmitas ꝛ corruptio atqꝫ malignitas: q̄bus recedūt a te· Sic incogitabiliter ampli⁹ est tua fortitudo/ ꝛ benignitas: quibus eos retineas in te et reuoces ad te· Multo igit̄ fort⁹ decet fortitudinē tuam ꝛ benignitatem tuā: retentio eorum et reuocatio· q̄ infirmitatē ꝛ malignitatem eoꝝ recessio a te· Amplius dñe miscḋie: q̄ moueor licet exiliter ꝛ infirmiter a te: nō moueor sic nisi a te vtiqꝫ tractus a te· Uis ꝙ vtcūqꝫ me redire ad te· Uolo ꝛ ego: vl̄ vt veri⁹ loquar vellem· Infirmū eñ est velle meum ꝛ impfectuꝫ ꝛ tanq̄ iacens· Sꝫ tuū velle q̄ vis me venire ad te: est vsqꝫquaqꝫ forte atqꝫ completū· Uoluntati eñ tue q̄s resistit: Uelle meū dñe misericordie tale est de redeundo ad te: q̄le est ꝛ velle tuū de reuersiōe mea ad te· Si igit̄ vis pfectū esse velle meū· in hoc pfice ꝛ tuū in eodem· Ego nāqꝫ velle meum in pte ista nec pficere/ nec adaugere possum: Tibi aūt pst̄o est pfectū/ atqꝫ imperiosissimū velle tuum ad te· Jgit̄ incipe pfectionē hui⁹· ꝛ tūc erit mihi vel le pfectū ꝛ cōpleta iustificatio· Nec loquar sic de velle tuo dñe de⁹ vitatis: tanq̄ locū apō te habeat aliq̄d pfectiōis ꝛ vllo modoꝝ· de h̄ eñ p gr̄am tuā plene edoctus sum a te· Uelle nāqꝫ qđ in me ē: ꝛ qđ tu es: nihil possibile est habere defectus vel īperfectiōis· Tu aūt nosti qualiter dixisti velle: vt pctōr puertat̄ ꝛ viuat Et qualiter dixit Paulus· quia tu vis oēs ho

Capitulm XV

mines saluos fieri· proculdubio ad modū volentis· hoc est in multis signis ⁊ opationibus te habens ⁊ nobis exhibens· ¶ Dñe ieſu xp̃e nōne tu veniſti saluos facere pctōres: nonne tu veniſti querere/ ⁊ saluū facere quod perierat: ℚ Queris igit̄ me: ⁊ ego quero te· ¶ Vis igitur inuenire me/ ⁊ inueniri a me· ℚ Occurrere igit̄ debes mihi/ qui scis viam qua venias ad me· ⁊ qua eundū ē mihi ad te: vt inueniam te dñe ieſu chriſte· ¶ Nōne tu medicus es ⁊ sanitatis atq; salutis auctor ⁊ largitor largiſſimus: videāt oculi sancti tui: vtrū iſtoꝝ decentius sit: te videlicet venire atq; deſcēdere ad me egrū ⁊ adeo infirmū: vt nec ambulare possim ad te: nec etiam vertere me· ℚ An me aſcēdere ad te· ℑneffabili largitate pietatis ⁊ dulcedinis tue ſuſcepiſti iſtud salutiferū officiuꝫ ſcz medicationis· qua ꝓpter debitor es euidēter ſanatiōis: potiſſimū in illos qui ſanari cupiunt ⁊ querunt· nōne ꝓpter hoc confitenter petebat a te Dauid: ℚ Miſerere mei dñe quoniam infirm⁹ sum· ſana me dñe· ¶ Et alibi· Sana aīam meā quia peccaui tibi· ſimiliter Hieremias· Sana me dñe ⁊ ſanabor· ℚ Quis em̄ ē a q̄ nō iure ⁊ tanq̄ ex debito peti nō poſſit: vt exequat̄ ⁊ impleat ſuſceptū officium· quia debitor in hoc ipo ſanctificationis ⁊ conſecrationis effectus es oīnibus: qui ſanctificari vel conſecrari cupiunt ⁊ querunt·

ℚ Q̄ dominus ꝓfecte ſanat egrotum vel miſeretur peccatori· La· XV

ℚ Quod ſi reſpon

deris mihi: quia exiliter et infirmiter/ ⁊ ꝓ oīnem modū indigne cupio ⁊ quero ſanctificari ⁊ ſacrari a te· ℜ Rñdeo q̄ hoc nō est niſi ex grauitate infirmitatis: q̄ tāto maior est/ proculdubio tanto maior ē indigentia atq; neceſſitas mihi medicinalis auxilij: ⁊ ꝓpter hoc magis accelerandum remedium· nō igit̄ ꝓpter hoc est mihi denegandū· ¶ Amplius q̄s ex medicis corpalibus audeat obijcere egro/ petenti medicinale auxiliū· indigentiam vel neceſſitatem illius: quis denegare deniq; audiat: ꝓpter hoc infirmanti cuicūq; medicinale auxiliū: q̄tū valet ad corporis egritudinez: ℚ Tanto igit̄ amplius longe debet eſſe a te: imo ⁊ est: vt nō ꝓpter maiorē neceſſitatem vel indigentiam ſalutaris auxilij: deneges mihi vel retardes ſalutis auxiliū ℚ Quis em̄ ex medicis corpalib⁹ ſilem opaꝫ de-

dit humanis corpibus curandis: q̄ tu impendiſti curandis aīabus noſtris: qui ⁊ p̄cioſiſſimum ſanguinē tuū ſyrupū feciſti: ad curādas febres vitiorū ⁊ peccatorū: ad extinguendos ardores cōcupiſcētiarū ⁊ aliarū peſtilentium paſſionū· Ipſam q̄ carnē viuificā tuam: thyriacam nobis efficere dignatus es: ad effugāda venena mortifera vitiorū· ¶ Et vt ad veruꝫ dicam ipa: vulnera tua medicamēta ſaluberrima feciſti vulnerū noſtrorū· ⁊ ipam mortez tuam curationē eſſe ſalutarem omniū egritudinum ſpiritualiū noſtrarū· ℚ Manifeſtū autē est q̄ nullus ex medicis corpalibus/ adeo habet cordis parū vt cū ſanitatē vel ſalutem ſuſcepit curandam: q̄ magnitudo morbi retardat ab impendendo medicamentū: qđ requirit infirmitas patientis· ¶ Cū igit̄ apud oīnipotentiſſimam virtutē tuā: nō referat vel differat q̄ grauis vel leuis ſit morbus meus ſpūalis: q̄n eadem facilitate ſanas ⁊ maximas mediocres/ ⁊ minimas· ¶ Nullo ergo modo vl̄ neceſſariū vel decens est te differre ſanationem meā· p̄ſertim cū manifeſtū ſit te ſuſcepiſſe curam ſaluationis· ⁊ mei ⁊ aliorū/ qui a te cupiunt ⁊ querunt ſanari· Tu em̄ es qui ſanas cōtritos corde ⁊ alligas contritiones eorū· ¶ Et ꝓpter hoc p os ꝓphete tui Eſaie dixiſti· Precipitabit dñs in monte iſto faciē vinculi colligati: ſup oīnes populos: ⁊ telam quā orditus es ſup vniuerſas nationes p̄cipitabit mortē i ſempiternū· ¶ Et iterū in die qua alligabit dñs vulnus populi ſui: ⁊ p̄cuſſuram plage eius ſanauit· ℚ Q̄ ſi dixeris· quia ſi me totū tibi traderem: ⁊ iterū me cure tue cōmitterē ſtatim me ſaluum faceres· ℜ Reſpondeo tibi domine miſericordie: quia ſi hoc expectaueris nun q̄ me ſanabis· Hoc em̄ quādiu infirmus ſum ꝓ culdubio facere non poſſum· ſi tñ hoc facerez quis dubitet q̄n ſanatus eſſem· ℚ Manifeſtū est igitur te non debere expectare hoc a me: ℭ qđ mihi ſcis nō eſſe poſſibile· totum me trahe ad te: ⁊ eripe me mihi ipſi· totū quidem ſuſcipe ſi totū me ſanare est pietatis tue b̄ſplacitū Si em̄ meipſum mihi dimiſeris· cado· totuſq; deficio· ¶ Ampli⁹ nōne ſic̄ gaudiū ē iuſto facere iudiciū· ſic ⁊ mlto ampli⁹ gaudiū ē miſericordi facere miam: ℚ Quia igit̄ iuſtiſſim⁹· non minus· imo multo amplius placet bonitati tue facere miam: q̄ facē iudiciū· Sic̄ igit̄ nō decet iuſtū differre iudiciū in g̃uamē aut iudiciū petentis illud· Sic multo min⁹ decet te differre miam petēti illā: maxie i detrimētū ⁊ diſpēdiū

meũ· Tu aũt vides: quia oñia ad nudũ ꝛ liq̃ dum intueris· quia ipsa dilatio ꝑ quam viuifi candus ꝛ sanandus sum: ꝓtelatio est mihi et ꝓlongatio egritudinis ꝛ mortis mee· Tãdiu eñ mortuus ꝛ sepultus in vitijs meis ꝛ pctõ iaceo: q̃z diu viuificationẽ meã differs dñe mi= sericordie· quo iure petebat dauid· Accelera vt eruas me· Et iterũ: ad adiuuandũ me fe= stina· Et alibi velociter exaudi me· Et qꝛ tu= ipse mandatũ dedisti ꝑ Salomonẽ dicẽs· Ne ꝓtrahas datũ angustiati· Et iterũ· Ne dicas amico tuo cras dabo: cum statim possis· De/ bes seruare legẽ quã ipe statuisti· Sicut ꝛ ipe Dauid petebat a te dicens· Exurge dñe de⁹ meus in p̃cepto quod mãdasti· quod indubi= tanter est p̃ceptũ de dilectiõe· Et ꝓpter hoc idem est: ac si tibi diceret· dilectionẽ p̃cor im= pende ꝛ ostende/ sicut ꝛ fecisti· Nonne nos ꝑ ores dilexim⁹ te: ꝑ tu ꝓior dilexisti nos: q̃m nemo maiorem habet/ nobis exhibuisti ꝛ ostẽ disti: mortẽ crucis ꝓferens a more nr̃i· Dñe miscõie magna ꝛ multa habes contra me· et mlta ꝛ magna potes excipe ꝓtra me: ꝛ obji= re mihi quo min⁹ debeas magnificare ꝛ miri ficare miscõiam tuã mecũ· Et in p̃mis grauis simas ꝛ pene innumerabiles offensas quib⁹ offendi· ¶ Ego aut̃ replico contra offensas peccatorũ meorũ sacrificiũ qõ obtulisti in ara crucis ꝓ peccatis nostris ꝛ aliorũ: vbi fuisti ꝑ pitiatio sufficiens ꝓ toti⁹ mũdi peccatis· q̃ ꝓ= pter sicut ꝓpitiatio illa incogitabilis gratiosi= tas: euacuauit pctã ꝛ offensas meas et alioꝝ sic replicatio elidit sufficienter ac validissime exceptionẽ: quaz contra me ꝓponis de ipsis· Qꝛ si excipis contra me: de grauissimis et in= numerabilibus debitis meis· replico contra hoc exceptionẽ ꝛ pugnamentũ/ qõ in ipsa vi= ctoriosissima passiõe tua fecisti ꝓ me ꝛ alijs de bitoribus· De hoc pugnamento tuipse dixisti que nõ rapui tũc exoluebaz· ꝓpter ꝟ cãtat de te oñis ecclesia sanctorũ· qui ꝓ nobis eterno patri ade debitũ soluit· Et quia nõ pro adam solum pijssime mortis illius supplicitũ ptulisti: imo etiam ꝓ oñibus/ q̃ sibi illud prodesse vo luerint/ atq̃ curauerint· necnõ ꝓ ꝓuulis oñi bus: qui sacramento regeneratiõis et reno= uationis sufficienti: decesserunt vel decedẽt in posterũ in etate illa· ¶ Tu aũt dñe miscõie scis quia ego vn⁹ sum de numero illorũ: q̃ pas sionem tuã ꝛ mortẽ tuã prodesse sibi cupiunt ꝛ querũt sibi· Igit̃ debita mea tu soluisti· Ua lida igit̃ est ꝛ sufficiens replicatio ista: solutio nis ꝛ pugnamenti quod in cruce fecisti· con= tra exceptionem debitorũ ꝓpositam· ¶ Qꝛ si dixeris cõtra me: quia mortẽ merui: nõ solũ tempalem ꝫ eternalem· etiã ꝛ hoc modo iusti ciandus sum· Replico ꝛ cõtra hoc: quia iusti= ficatus sum supplicio mortis/ qõ ꝓ me et alijs peccatorib⁹ ptulisti: ꝛ mortuus morte illa/ sic testatus est Aplus tuus dicẽs· Si vnus ꝓ om nibus mortuus est· ꝫ oñes mortui sunt· qua ꝓpter ꝛ de iustificatione ꝛ de morte/ quarum debitor eram satis fecisti tuipse morte ipatua ꝛ iustificatiõe quas dixisti· nõ potes igit̃ de ce tero mihi obijcere illa: cũ iam sim mortu⁹ ꝛ iu stificatus sim iam in te· quẽadmodũ in vno ꝓ pugnatore vincit totus vn⁹ exercit⁹: aut vin= citur cum pro illo pugnet in exercitu· sic in te christe dñe te vincẽte ꝓ nob te reuera pugna tore nr̃o oñes vincimus ꝛ triũpham⁹· Prin cipates ꝛ ptãtes in p̃lio illo vt eos tu palã triũ phasti in temetipo· Addo qõ in te fideiussore ꝛ sponsore pro oñibus nobis: q̃tum ad oñia in q̃bus tenebamur vltra oñem sufficientiã satisfactũ est: incompabiliter sup oñem esti= mationẽ ꝛ cogitatũ plus es tu q̃ omnia illa q̃ peti seu exigi poterãt: a nobis oñibus· ¶ Tu aũt dedisti temetipsum redemptorẽ pro nob ꝛ oñibus debitis nr̃is ꝛ ꝓpitiationũ pro oñi bus peccatis nr̃is· Tradisti etiã temetipsum iustificandũ pro nobis oñib⁹· ꝛ iniusticijs no stris: atq̃ suspendendũ pro oñibus latroci= nijs nostris· Nihil igit̃ restat de oñibus quo= rum debitores eramus: vel que a nobis de iu re peti poterant· Qꝛ si forte dicere volueris quia de his solis q̃bus obligati eram⁹ satisfe= ci vel satisfactum est ꝑ te· Rñdeo in hoc q̃ in= compabiliter maiora exoluisti: q̃z etiã oñia il= la quibus añ baptismalẽ satisfactionem tene= bamur· ꝛ q̃z oñia recidiua incompabiliter ꝛ i cogitabiliter: quia etiam pro illis satisfactum ẽ ꝑ te ꝛ a te· de illis ꝫ nihil de cetero petere po tes a me: neq̃z ꝓ illis· ¶ Sed si forte illõ obji= cere volueris· quia adhuc reus sum omnium illorũ ꝛ debitor· Cũ eñ sanctitatẽ baptismalẽ habeam: nec vere ac pfecte penitentiã: verũ vtiq̃z dicis: sed hoc nõ debet mihi obesse: cum nõ sit potestatis ac virturis mee: vere atq̃ ꝑ= fecte penitere· manifestũ eñ est/ quia ꝟ op⁹ est oñi potentissime ꝟtutis tue: ꝛ ꝓpter hoc a te nõ petendũ est· nõ aũt tibi a me requirẽ= dum· a me eñ nõ est requirendũ vllo modoꝝ qõ nõ possum· ꝑsertim cũ hoc ipm q̃ penite= tiã verã atq̃ pfectã mihi salutarẽ ac necessa=

riam esse cognoscam: q̄ tam cupio ꝛ tam peto a te: q̄ ad eam vtcūq; enitor: donū misc̄die tue magne sit. ¶ Quod si ꝛ illud mihi obijcere volueris: videlicz q̄ solutiones/ siue pagamenta/ ꝛ satisfactiōes omnes. q̄s p me ꝛ alijs pc̄tōribus feci sti ego irritaui et inutiles mihi penitus/ imo occasionaliter noxias reddidi. Uerū vtiq; dices. ꝟ p hac ipsa irritatiōe/ ꝛ p alijs oīnibus si longe plures essent: ista pagamēta ꝛ satisfactiōes sufficiūt: quēadmodū dixi ꝛ de recidiuis pc̄tis. Ut aūt ad vnū dicā ad oia antedicta et ad alia omnia que mihi obijcere potes p iusticiā. dico q̄ p me debet respōdere misc̄dia tua. Uoce eī misc̄die tue dixisti Euz qui venit ad me nō eijciā foras. et tu dñe misc̄die scis indubitant: qz ego venio ad te: p ea quattuoz q̄ p̄nominaui tibi qm̄ si vere ac p fecte penitēs eēm. p culdubio iā pueniss̄ ad te. ꝛ nō solū tecum/ ꝟ etiā in te eēm. nec sufficit h̄ dicē imensitati misc̄die tue: imo decet eā facere atq; pficere: vt ad te pueniat. ꝛ ad te intret quicūq; venit ad te. ꝛ etiā trahi in funiculis Adam/ et in vinclis charitatis. sicut dixisti ꝛ p̄misisti p̄ pphetā tuū Osee. xj. c. ¶ Ampli⁹ cū tot et tanta p̄ponat iusticia tua cōtra me/ et cōtra alios pc̄tōres. nunq̄d tacebit misc̄dia tua. vt non loquat̄ pro pc̄tōribus: p me scz et alijs? Ipsa vtiq; respōdebit p̄ me ꝛ alijs: que hec sola facere scit ꝛ potest. voce nāq; illi⁹ dixisti. Ego sum q̄ deleo iniquitates tuas propter me. Et alibi deleui vt nubē pc̄tā tua ꝛ q̄si nebulā iniq̄tates tuas. Et p̄pter h̄ de te dixit ali⁹ pphēta. deponet oēs iniq̄tates nostras: ꝛ p̄icietis in p̄fundū mar̄ oīa pc̄tā nr̄a. ¶ Quia igit̄ nec minoris sapiētie/ nec minoris eloquētie/ nec min⁹ armata rationib⁹ et allegationibus: est misc̄dia tua: que sola ē spes pc̄tōrū: q̄ iusticia tua. Ipsa q̄ ē que sola sp ꝛ stat p̄ pc̄tōribus/ in illo sublimi diuinoq; cōsistorio. nō ē mihi dubitādum: quin ipsa illic stat et alleget p̄ pc̄tōrib⁹: ꝛ q̄n semp obtineat p̄ quibuscūq; allegare voluerit. p̄sertim cuz oīnes allegationes eius irrefragabiliter valide stāt apud misericordissimū iudicē. Manifestū nāq; ē misericordissimū iudicē a misc̄dia sua nūq̄s dissidere vel discordare posse. Cū etiā adeo in ptāte sua est habere et solū p̄ his p̄ quib⁹ allegādū vel interueniēdū duxerit iudicare. Incōparabiliter n̄ q̄s min⁹ ē: et incogitabiliter absolutionē c/ eis obtinē: quā vt ipe iudex misericordissimus nō solū patrocinium eoz eē: iudiciū piter q̄s supplicium debitū eis suscipiat: et etiā absoluat. que omnino eū feciss̄ interpellatiōe misericordie tue soli⁹: nullus fideliū ignorat.

¶ De forma petitionis. La. XVI

POst hec autez p̄ cōsequens est petitionē formare/ misericordissimoq; iudici porrige re. allegationes nāq; quas p̄misi de forma petitionis/ vel oratonis: inter alia ad duo potissimum putiles sunt: videlicet ad faciendum fidem/ de impetrādo quod petit. Et ad firmādam fiduciam obtinendi. Sic eī docuit nos Jacobus ap̄lus dicens. Postulet. aūt in fide nihil hesitās. Petentibus eī oīnibus debet eē ꝛ fides oīnino nō dubia: de supabundātissimis diuitijs pietatis/ ꝛ dulcedinis oīnipotentis dei. Similiter ꝛ fiducia nō hesitans fixa et firma impetrandi: q̄ ipse pie ac deuote petētibus esse salutare cognouerat. ¶ Quid autem petendū sit ipe misericors ꝛ bñdictus saluator: ore suo sanctissimo in euangelio Joh. euidenter edocuit. dicens. Petite ꝛ accipietis/ vt gaudium vestrū plenū sit. Similiter et sermōe illo quo dixit. Primū querite regnuz dei ꝛ iusticiā eius. Similiter ꝛ in oratiōe quā apostolus ipsemet docuit: septē nobis esse petenda manifeste expressit. De quibus modo nō est dicendū p̄ singula. Ipse etiā publican⁹ cui⁹ orationē ipse laudat. Nō parū orare volētes instruxit: a longe stans ꝛ p̄cutiens pectus suum caput oculosq; nō audens ad celum leuare dicebat. Deus p̄pitius esto mihi pc̄tōri. Oratio quoq; illa Aristotel. quā in lib. de essentia pure bonitatis: ꝛ in fine illius libri fecisse ꝛ posuisse dicit. Hunc inueni te o causa causarum: fac me tibi acceptabilem. Sic eī dixisse dicit. ꝛ p̄culdubio oīni fideli iugiter facienda est. Ipse xo sapiens ꝛ sanctissimus Aug⁹. ita exorabat in libro confessionū suarū dicēs. Dñe da q̄d iubes. ꝛ iube quod vis. In lib. xo psalmoz oīones optimas indubitāter docet ꝛ p̄cipue in tribus illis psalmis vicz. Miserere mei deus ꝟm magnā misc̄diam tuā. ꝛc. Ad te dñe leuaui aīam meā. ꝛc. Inclina dñe aurē tuam ꝛ exaudi me. Nec dubium in sacris eloquijs etiā ad modicū exercitatis: sacris ꝛ efficacissimis oīonibus libroū psalmoroū esse refertissimum. In alijs etiam sacris libris inueniūtur oīones prophetarū. ꝛ quoruūdam sapientum necnō ꝛ aliarum sanctarū mulierū: de q̄bus euidenter est videre intelligentib⁹: q̄ spi

Capitulum

rituſancto dictante·ꝛ edite ꝛ ſcripte ſunt·

¶ Cõuenientiſſimũ igit̃ eſt celeſtẽ ac diuinalem oratorẽ ꝛ aduocatum: p̃nominatos pſalmos ꝛ p̃dictas oc̃ones tenere mẽoriter· Tulius nãq; latinorũ oratoꝛ ac rethoꝛ egregi⁹: nõ erubuit duas nobiliſſimas oc̃oes rethoricas demoſthenis ꝛ eſchini: ꝛ laudare ꝛ tranſferre de greco ſermone in latinũ· Jam quidem ſibi difficilem latinitati vero putilem euident̃ aſſeruit· Hanc vtilitatẽ indubitãter oratoribus ꝛ rethoribus intendens/ vel ſolis vel maxie·

¶ Qto igit̃ magis oratores ſpũales ac diuinales: oc̃ones viroꝝ ſapientiſſimorũ atq; ſanctiſſimorũ: quas de ipſo fonte ſpũſſancti hauſerunt/ nobis exquirende ad imitandũ ſunt·

J ¶ Clerũ qm̃ profundiſſime ſunt ꝛ interdũ difficilis intellectus· ponã tibi breues ac lucidiſſimas om̃iq; oranti intelligẽtiſſimas oc̃ones· ꝛ dicam ſic dño miſcoie· fac me tibi ſeruum in om̃ibus acceptabilem· ſeruũ tibi p om̃ia placentem· aufer a me radicitus ꝛ ex toto q̃cũq; bonitati tue diſplicẽt in me· ꝛ largiri mihi dona gratiarũ tuarũ/ atq; virtutũ: quibus tibi ꝛ totus ꝛ tecũ viuam· videlicet ad regulã rectiſſime optimeq; bonitatis tue· Auerte faciẽ tuam ꝛ oculos ſanctiſſimos tuos/ a tot ꝛ tantis vitijs meis ꝛ pctis· Reſpice in me ſoluꝫ id qđ tuũ eſt: vicꝫ in me qđ tu ſolus feciſti/ ꝛ non reſpexeris ad ea q̃ ego in me feci· qm̃ qđ in me tu ſolus pulchrũ et bonũ feceras: deformaui horribiliter· deturpaui abominabiliter· inq̃naui execrabiliter· puerti iniurioſe ꝛ cõtumelioſe: vltra q̃q; cogitare ſufficiã· Et h̃ adũſuꝫ te largire obſecro mihi tãto pctõri veniam oĩuꝫ culparũ quas cõmiſi· oĩmq; penarũ quas merui/ da gratie tue eã mihi itegritatẽ ꝛ plenitudinẽ: p quã tibi p om̃ia acceptabiliter ꝛ placite viuã: hinc et poſt hãc vitã· erept⁹ p te de oĩbus anguſtijs ꝛ preſſuris· liberat⁹ ab om̃i ſeruitue corruptõis· btũs ꝛ glorioſus tecũ phenniter cũ electis et dilectis tuis regnẽ·

¶ Contere ꝛ p̃tribula in me ꝛ prorſus extermĩa a me q̃cq̃d vel originali occupatione/ vl̃ ex ab vſu donorũ et beneficiorũ tuorũ mihi turpiter et male apoſui· Subuerte fundit⁹ quicq̃d ĩ me mali edificatũ cõſpicis· auelle a me omnẽ plãtationẽ diabolicã· oẽ qđ ex originali corruptione/ vel malicia in me ſuccreuit· laua ꝛ mũda me totaliter ab omnib⁹ inq̃namẽtis carnis ꝛ ſpirit⁹· reforma in me imaginẽ ꝛ ſimilitudinẽ tuã· reſtitue me etiam naturali pulchritudini et rectitudini· redde etiã gratioſitatẽ ꝛ ſpecioſitatẽ q̃ me iuſtificatiõe baptiſmali decoraſti· redde mihi etiã ꝛ p̃mã ſtolã veſtẽ polimitã ſpiritualẽ: ex om̃ib⁹ videlicet virtutũ et gratiaꝝ pulcherrima varietate cõtextã: q̃ ibi me veſtiſti et ornaſti ad inſtar ſpõſe p̃parate ꝛ ornate· tanto ac tali ſponſo· quãtus et qualis tu es videlicet rex regũ ꝛ dñs dñantiũ· Ille fuit cult⁹ ꝛ ornat⁹ regius: q̃ me preparaſti in ipa vnctione/ cõſecratiõe/ et coronatiõe mea: q̃ facte ſunt mihi in ipa ſanctificatiõe baptiſmali· Ibi eñ me filiuꝫ adoptionis ꝛ gratie tue feciſti· ꝛ propter hoc regem ꝛ heredẽ regni· Ibi me in regẽ vnxiſti ac coronaſti· Hac p̃clara hereditate ſpreta: hoc p̃claro regno ꝓtempto h̃ tanto tanq; ꝺſiderabili honore abiecto: inſtar viliſſimi rabidi tã p̃cioſis/ tanq; ſpecioſis veſtimẽtis ꝛ ornamẽtis nudat⁹ poſt diabolũ nud⁹ ad infernale patibulũ currere nõ expaui· ipe ſiquidẽ dux eſt ꝛ rex hm̃oi ribaldorũ· Et ꝓp̃ hoc viliſſim⁹ ꝛ abiectiſſim⁹ factus ſum· Reſtitue me obſecro ad hãc tam ſublimẽ gratiã ad optiõis ꝛ filiatiõis tue· ꝛ ad inſtar nobilis hereditatis tue: atq; ad honorẽ iſtũ regiũ· reſtitue me nobiliſſime ſeruituti tue: vt tota vita mea· tota ꝓuerſatio mea: ſit ſolũ ſeruitiũ tuũ totũ mevẽdica tibi: totũ me recupa ꝛ poſſide ſolus· ſicut totus tuus ſuꝫ iure pleniſſimo/ ac ſingulariſſimo· omni cogitatu de te· omni memoria bonitatis tue· omni auditu cuiuſcũq; · ex ſanctiſſimis noĩationib⁹ tuis: totus ſemp̃ iradier: tot⁹ ſemp̃ viuificer· totus ſemp̃ inflamer· amore tuo ſanctiſſimo atq; viuifico· tot⁹ ſemp̃ rapiar ad te· tot⁹ ſp̃ abſtrahar ab oĩbus alijs: tot⁹ ferar in te· conglutiner tibi ꝛ vniar vnitiõe puriſſimi/ rectiſſimi/ tibiq; placidiſſimi amoris· nomẽ tuũ ſacratiſſimũ· nomẽ tuũ bñdictũ· nomẽ tuũ glorioſum· ſit ſemp̃ oleum effuſum in corde meo· me totũ ſemper penetrãs· ſemp̃ pungens· ſemp̃ ſanans· totũ me ſanctificãs· totũ me rapiẽs in te· ꝛ in te· Illuminoſitate viuifica ſapiẽtie tue me totũ ꝓſtitue ꝛ inceſſanter cõſerua: ad cognoſcẽdum ꝛ recognoſcendũ te vnũ verũ deũ ac dñm oĩuꝫ ſeculorũ· vnũ ſolũ ac verũ auctorẽ· vnũ ſoluꝫ ac verũ effectorẽ· vnũ ſolũ ac veruꝫ largitorẽ largiſſimũ ac benigniſſimũ oĩm bonorũ· Et ad cog̃ſcendũ ꝛ recog̃ſcendũ dignis bñdictiõib⁹ dignis gratiarũactionib⁹· dignis collaudationib⁹· dignis glorificatiõib⁹: ꝛ ĩmẽſitate incogitabilis largitatis ꝛ benificẽtie tue: infatigabili cõtinuatiõe: in me licet taꝫ ingratũ tanq; malũ ſemp̃ ꝓfuſiſſimã· necnõ ad cognoſcẽda

atq; recogitãda mala mea: que semp reddidi tot ⁊ tantis diuitijs bonitatis tue· tot et tãtis magnalib⁹ pietatis ⁊ dulcedinis tue· Et qđ ẽ maiorꝛis insanie/ reddere nõ dñi ex toto cesso/ cognoscere inq; ⁊ recgnoscere tot ⁊ tanta mala mea que facio/ que feci· que merui· et que me expectãt nisi me oipotẽtissima benignissima dulcissimaq; miscõia tua liberauerit atq; sanauerit· ¶ Da inq; largissime mihi ꝛ ista cognoscere ⁊ recognoscere mihi debite penitudinis doloꝛib⁹· da mihi bñdicte dñe gratiaꝫ vere ac tibi placite cõpunctiõis: p quã displiceam mihi· in cũctis ingratitudinib⁹/ abominationib⁹/ iniq̃tatib⁹ ⁊ iniustijs meis· ¶ Eru bescã atq; confundar in cõspectu sancte ⁊ venerãde maiestatis tue/ confusione adducẽte mihi gratiã tuã ⁊ gloriã: da mihi gratiã inter/ ne acvere penitudinis: p quã ex totis intimis meis/ recedã ab oñibus que displicẽt bonitati tue: ⁊ reuertar ad te dñm deũ meũ· adhereãq; tibi dño deo meo ex totis intimis meis cui adherere: ẽ vita mea/ sal⁹ mea/ gaudium meũ totũ: et solũ bonũ meũ ¶ Da mihi incon spectu sancte ⁊ glorioſe maiestatis tue semp apparere· semp loqui tibi· ⁊ semp cogitare de te· in timoꝛe ⁊ tremoꝛe: in doloꝛe ⁊ pudoꝛe· in ira magna et indignatione aduersus memet ipm: semp cũctis ingratudinib⁹/ ⁊ alijs vitijs meis ⁊ pctis· in fide tua saluberrima ĩcessant me illumĩa/ viuifica/ scifica/ roboꝛa ⁊ adauge timoꝛe tuo sanctissimo atq; purissimo/ me incessanter sanctifica purifica/ custodi ⁊ conserua· Et longe fac ab oñibus inquinamentis carnis ⁊ spiritus· Fac me declinare per ipsuꝫ semp ⁊ fugere oñia contagia diabolica: ⁊ omnino oñia que displicẽt bonitati tue/ spe tua saluberrima ac iucundissima/ me incessanter cõforta: ⁊ consolare me· incessanter erige et subleua ad te· incessanter letifica de te me· incessanter firma in te faciens me inniti totaliꝫ ⁊ singulariter miscõie tue magne· totaliter ⁊ singulariter· Da mihi de te semp lucifluos cogitatus: ac flãmeos· totum me semper splendificantes· totum in te exhilarantes· totuꝫ in te rapientes: totum me conglutinãtes ⁊ vnientes tibi vnione purissimi rectissimi tibiq; placidissimi amoꝛis· Desiderabilissimum ac glorioſissimum aduentum tuum: in quo omnis iniquitas opilabit os suum/ palam ac lucidissime omniũ oculis apparentem· oñipotentissime dñationis tue gloriam magnificẽtissimam ac supeminentissimam· Justissimũ ac tremendum iudicium tuum: in quo euidẽter videbitur iusticie tue admirabilis ac iucũdissima pulchꝛitudo· p vindictas iustissimas/ quas daturus es in contumaces ⁊ rebelles q̃ charitatem ☧ vitatis tue recipe noluerunt: nec nõ ⁊ in oñes nõ contumaces ꝓbos magnificas pꝛomissiones tuas· que oñe desiderium supant ⁊ incogitabilis felicitatis tue gaudia/ ⁊ p̃mia: que daturus es dilectis ⁊ electis tuis Hec inq; omnia fac me expectare expectatione secura/ firma/ ⁊ iucunda· spem meaꝫ toti⁹ vite mee anchoꝛã: figere in misericoꝛdia tua magna· fixione firmissima· ita vt nulla ꝓcella temptationis mee vnq; inde ãmoueat· vl' abrumpat me totũ fac pendere ad reditũ tuũ· sicut dixisti per pꝛopheram· quia populus meus pendebat ad reditum tuum· Omnia desideria mea dirige· erige ⁊ collige ad te totum: coꝛ meũ/ aggregat constitue in sanctitate iusticie tue· totũ coꝛ meum abstrahe ⁊ abrũpe/ ab oñibus que displicent bonitati tue· Totũ aggrega ad te/ a dispersione sua rape ad te/ totũ fige in te fixione incoꝛruptibili· ¶ Et vt ad vnum dicam da mihi plenam veniam ⁊ integram omniũ culparũ mearũ atq; penarũ: que mihi pꝛo his iustissimo semp laudãdo iudicio tuo reddi merito p̃t· Da mihi ⁊ gratiã tuam/ ⁊ conserua eam mihi: vt in illa me inueniat dies ⁊ hoꝛa exitus mei ex hoc mundo: p quã gratus ⁊ acceptus tibi p oñia in conspectu glorie tue gaudens veniam ⁊ secur⁹· Da mihi tunc salutem cum dilectis ⁊ electis tuis a te pꝛomissam ⁊ pꝛeparatam·

¶ Confirmatio petitionis· Ca· XVII

POst hec aggre ℞

Vo diar confirmationem p̃tis ipsius oꝛantis: ⁊ dicam ea per que confirmetur vis exauditionis eidem in petitionibus quas pꝛedixi· Dicam igitur dñe misericoꝛdie· non est alicui fidelium tuoꝛum dubiũ· q̃n placeant tibi oꝛationes et deprecationes humilium ⁊ mansuetoꝛum· sic docuisti sanctã illam mulierem Judith que loquens ad te dicebat· Dñe inquiens/ tibi semp mansuetoꝛũ ⁊ humilium placuit oꝛatio ⁊ deprecatio· Sed etiam in peccatoꝛibus exoꝛari voluisti· q̃ oblationes ⁊ sacrificia eisdem pꝛo peccatis imposuisti· Illa etiam oꝛatio in qua tu docuisti vt diceretur tibi· Dimitte nobis debita nostra ⁊c· Qui sunt qui petũt sibi dimitti debita

sua/nisi debitores? Et qui sunt debitores: nisi peccatores· cum peccata debita eē: dubitari nō possint· Amplius ille qui clamabat ad te sicut tuipse narrasti p lucam euangelistam dicens· Deus ꝓpiti⁹ esto mihi peccatori: ꝙd erat nisi peccator· Et p hanc orationē teipso teste descendit iustificatus in domum suam· ¶ Amplius in euangelio· Matthei tuipe dixisti· Serue neꝯ omne debitum dimisi tibi qm̄ rogasti me ¶ Valēt igitur orationes peccatorꝝ apud misc̄iam tuā· alioqn non soluz illusorie sed etiā pernitiose precepisses eis vt orarent te· ¶ Amplius si summus ille pontifex precepisset alicui dicens· hoc pete a me/ & dicta rem ei petitionem suam· ipse preciperet ei dicens: hanc porrige mihi· si porrectam exaudire nollet: Nūquid non illusor & deceptor a petente merito reputari posset· Quia aūt tu veritas es/ in qua in vltimate elongationis longe ē nō solum oīs illusio atqꝯ deceptio: sed etiaz quicqd falsitatis est atqꝯ mendacij· Tu inqꝯ dñe ore tuo sacratissimo docuisti nos: ꝙ petere⁹ in oīone illa tua bñdicta que incipit pater noster· tu dictasti & formasti nobis petitionem illam seu orationem: tuipse p̄cepisti· vtinam porrigeremus tibi vel patri cui⁹ tu vnigenitus es· Nō em̄ refert an/ tibi vel illi porrigatur· necesse igitur habes exaudire offerentes eam tibi· Alioqn nō solum illusorie vt predixi: sed etiam pniciose hoc p̄cepisses· ¶ Amplius nunquid hec est voluntas tua de me vt conuertar & viuam· & ego ħ accepto a te: Igitur peto idipsum quod est voluntas tua qūo potes mihi hoc denegare: quod ipsemet vis vt fiat· ¶ Amplius totū quod hic peto sanctificatio mea est· & hec est voluntas dei sanctificatio nostra· vt tuipse dixisti p apostolū tuuz ad Thessal· iiij· An potes hoc denegare mihi vicz vt voluntatem dei in me & de me nō faciās· ¶ Amplius tuipsemet dixisti p Salomonem in prouerbijs· Delicie mee eē cum filijs hominum· Et ego hoc solum peto a te: vt sis mecū p societatem perfectam: a te igitur peto idipsum quod tu dicis delicias tuas esse· ¶ Amplius a te peto quod te prestare maxime delectat· Nihil em̄ placet magis tibi facere in nob: qꝯ ipa sanctificatio· qō inde euidenter apparet/ quia ipsa passio & mors tua tibi placuit ꝓpter sanctificationem nostrā· Qua ꝓpter magis tibi placet ipsa sanctificatio nr̄a· placuit autez tibi passio & mors tua eousqꝯ vt dies passionis & mortis tue; dies leticie cordis tui/ in ipsa sacra scriptura tua/ vocat⁹ sit· In die inꝯ desponsatiōis eius: & in die leticie cordis eius· ¶ Amplius placuit tibi creatio & formatio mea· & nō placuit tibi nisi quia bona· qz ergo incompabiliter maior est ista reformatio mea que nō est nisi iustificatio & sanctificatio mea incompabiliter tibi magis placet reformatio ista sanctificationis mee/ qꝯ placuerit tibi ipsa formatio· Qz igit̄ illam nō rogat⁹ fecisti: gratuita sola bonitate tua· fac & istā reformationem tuam supabundantissima pietate bonitate & dulcedine tua· Tu em̄ scis domine misc̄ie/ quia in malum meum nat⁹ suz & istam formationē nō fecisti: nisi ꝓpter istam reformationē· Ista igit̄ sunt que confirmant ptem meā coram te· & que firmāt spem meaz in te· Addo aūt ad cōfirmationē cause mee & ptis· preces & supplicationes omnium ciuiū celestium & singulorum: de quibus certum ē vnicuiqꝯ fidelium: ꝙ nullus eorū vnqꝯ apud te repulsam patit̄/ sed & mihi certum est: quia preces & eorū supplicationes paratissime sunt in adiutorium meū apud te· Quod inde mihi certissimum est: quia ego qui vix stillam p̄ modicā pietatis habeo: nulli possum denegare p̄ces meas apō misc̄iam tuam: cui scirem illas ꝓfuturas· Qto magis igit̄ vnusquisqꝯ eorū qui tanta charitate tua ardentes tanta pietate toti defluunt: mihi denegare p̄ces suas & supplicationes nō poterunt· qui vident tātas miserias meas & pauptates· Et q̄ ignorare nō possunt q̄n exaudiant̄· & q̄n mihi veniam gr̄am/ & gloriaz/ etiam impetrēt· Quia igit̄ oīes & singulos inuoco: omnibus & singulis supplico: vt pro me intercedant apō misericordiam tuā· qua ꝓpter omnes & singuli: misericordiam tuaz orant pro me· Quia igit̄ nō decet gloriam magnificentie tue: tot & tātorū preces repellere· tot inqꝯ & tātas tāqꝯ venerabiles/ tāqꝯ tibi caros intercessores repellere· Necesse est te miserere mihi & tribuere/ quod mecū ipsi petunt ꝓ me· alioqn q̄s vnqꝯ p̄sumere deberet orare te? Quis sperare deberet a te gratiam exauditionis? si tot & tanti oratores apud te gratiā nō inuenirēt· ¶ Amplius p ora ꝓphetarum tuorū: multotiēs annunciatū ē alijs peccatoribus· Clamauerūt iusti & dñs exaudiuit eos· Et iterū· Oīones iustorum exaudiet dñs & multa alia hmōi· Ciues aūt oīes ciuitatis tue celestis nō solum iusti sed etiam iustissimi sunt· Impossibile est igit̄ oīones eorꝝ apud te nō exaudiri· ¶ Qz si

fortasse mihi dicere volueris quia pro seipis petentes: semp exaudiunt iusti: non aũt pro alijs. hoc veritas tua dñe miscõie nõ patitur: qui ad preces moysi dimisisti peccatum idolatrie populo israel. Dixisti eñ ipsi moysi oranti pro populo illo. Ecce dimisi eis iuxta vbum tuum. Ipsos etiam sacerdotes veteris legis ad placandũ te/ et orandũ pro pplo illo constituisti. In nouo etiam testamento vbi te perpensiorẽ atq profusiorem incompabiliter tribuisti et ostendisti: tam crebro nos orare et docuisti et pcepisti. nõ solum p amicis et bñfactoribus: sed etiam pro inimicis et persequẽtib⁹. Quod nec frustra facere voluisti: frustra aũt oraremus p illis q̃tũ ad ipsos/ si nos exaudire non velles pro eisdem. Amplius aut oro
B est alicui⁹ gratie et meriti apud te: aut nõ. est vtiq incogitabilis et gratie et meriti apud te. Et quia nec meritoria nec gratiosa vnq̃ est apud te: nisi ppter gratiositatem et meritum radicis ex qua est: videlicet charitatis et pietatis. Quia igit ex eadem charitate et pietate fiunt orationes ad te. a quibuscũq iustis fiant p se et alijs: necesse est vt eiusdem gratie et meriti sint apud te. Eque ergo digni sunt viri sancti exaudiri apud te pro alijs vt pro se. Sicut igit pro se preces eorũ apud te impossibile est eẽ vacuas: sic et pces eorum pro alijs Quare et pro me/ potuerunt ne esse vacue a fructu exauditionis pces incliti martyris stephani: quas fundebat coram te p lapidantibus seipsuz. Absit hoc ab imensitate miscõie tue: vt tante pietatis et charitatis pces repuleris: et vacuas esse pmiseris. Quod procul dubio te reuelante cognouit sanctus confessor tuus et pontifex Aug⁹. qui Paulum precibus illius cõuersum fuisse testat. et a te tã magnifice visitatũ. Scio dñe miscõie mltos ex peccatorib⁹ impedire et q̃tũ ad se orones sanctorum euacuare. quod est dicere eas impedire quo minus eis prosint. et hoc cõtumacia et rebellione: qua rebelles sunt tuo lumini. q̃ ppter interdũ phibes sanctos tuos orare p talibus. sicut q̃ndã Hieremiã phibuisti dicẽs ad eum. Noli orare p pplo hoc. Nec assumes pro eis laudem et oronẽ: qm̃ nõ exaudiam te. Dehis mihi videt esse non imerito q̃ scõs ipsos plequunt. aspernant: et orones ipsoruz despiciunt: auxiliumq tuum. nec sperãt/ nec querunt/ nec curãt/ nec etiã volunt/ vel vellent vt pro eis pcaret. Et isti sunt qui peccãt in spm̃scm̃. et spũs blasphemie eousq subuertit eos atq puertit: vt etiam ipsam gratiã tuam/ et oñe auxilium: quod eis impetrari vel pcurari posset oderunt et detestant. Ego aũt dñe miscõie p gratiam tuã longe fact⁹ suz a tantis tãq execrabilibus impietatib⁹. diligo eñ et veneror sanctos tuos. et bñ sentio atq confido de meritis et pcibus eorũ/ apd misericordiam tuã. desidero eñ et peto adiuuari/ meritis et pcibus ipsorũ apud miscõiam tuam. Et hec oñia magne benedictiones dulcedinis tue sunt: in quibus preueniisti me in debita largitiõe dulcedinis tue gratie. Et ppter hoc nõ imerito spero de suffragijs. Scio eñ q̃ honorari tibi placet in ipsis. Et quia diligis veneratioñ eorum atq remuneras. Quid eñ dignius est remuneratione magnificentie tue: q̃ veneratio sanctorũ et electorũ et dilectorum tuorũ. Quicqd eñ eis obsequij vel honoris ppter te impendit: nõ min⁹ tibi impendit q̃ ipsis. Qua ppter obsequiũ tuũ et honor/ est oñis honor et obsequiũ ipsorum. Qua ppter a te et remuneratione dignissimũ Merito igit confidendũ est/ et electos et dilectos tuos delectari de veneratiõe et remuneratione hmõi. quia ergo nõ parum eos honorant qui eos inuocant in auxilium tuum apd miscõiam tuã. Necesse est vt inuocatio hmõi prosit eis apud illam magnifice. Hãq de gloria eorum sentiunt: qui eos tante gratie apd te esse credunt/ q̃ suffragari peccatorib⁹ possint. Amplius que vel quãta vel qualis eẽt miscõia tua: si electi et dilecti tui et peccatoruz reconciliationẽ/ et reorũ atq damnandorum absolutionẽ apud illaz impetrare nõ possent. Quis eñ tyrãnus in hoĩbus est adeo seuus: vt hec amici eius apud ipm nõ possint. Nõdũ eñ audita ẽ adhuc ea seuicia in crudelissimis hoĩbus/ quã amicorũ gratia et interpellatio i aliquã ptem clementie flectere non potuerit Q̃ magnifice igit/ q̃q supabundanter sentiẽdũ ẽ atq sperãdũ de imẽsitate miscõie tue pctõribus. Et de gratia vel de gratiositate dilectorum et electorũ tuorũ coram te siue apd te. vt nihil oñino vnq̃ eis deneges/ qd tibi dare deceat. Et ex hoc siliter arguo. q̃ et ipsi pcibus peccatorũ supplicantiũ eis: aures miseri cordie sue nunq̃ claudunt. Alioqn longe minor eẽt et charitas et pietas eorũ. Insup eminentia illa et gloria patrie q̃ eẽt (ne dicã scõrũ et iustorum in via presentis miserie) imo etiã q̃ seuissimorum tyrannorum q̃tũcunq modica benignitas.

Capitulum XVIII

Petitio intercessionis beate Marie virginis. La. XVIII

Adibo te imo

A etiam conueniã gloriosissima dei genitrix: quã matrem misericordie ⁊ reginam pietatis vocat/ īmo clamitat oñis ecclesia sanctorum. An poteris denegare peccatoribus interpellatiõis tue gratiam: apud benedictum ac semper ⁊ vbiq; benedicendum deum ac dominum nostrum iesum christum filium tuum. Tu inq; cui⁹ gratiositas nunq; repulsam patitur. Cuius misericordia nulli vnq; defuit. Cuius benignissima humilitas nullũ vnq; deprecantem q̃tũcũq; peccatorem despexit. Uerissime nanq; de te dixit deuotissimus ille: ⁊ laudum tuarum preco mirabilis sanctus Bern̄. Clareuallẽsis inquiens. Si leat misericordiam tuam ẏgo beata: si quis est qui inuocatam te vnq; in necessitatibus suis meminerit defuisse. Totum sicq; dem quod habes gratie: totum quod habes glorie: ⁊ etiã hoc ipsum q; es mater dei: si phas est dicere: peccatoribus debes. Oñia enim hec ꝓp̄t peccatores tibi collata sunt. Cui igit̄ dubiũ eẽ potest per hoc: q̃n preces tuas q̃tecũq; necessarie eẽ p̄nt: peccatoribus illis debeas. Nõ denegabis ergo mihi: quod debes. q̃n potius supaddes. maiora mihi impendẽs q̃ debeas. Et intendo maiori instantia ac deuotione orabis pro me: q̃ ego auderem petere: ⁊ maiora etiam impetrabis mihi q̃ petere presumã. An posset hoc pati pietas illa/ ⁊ dulcedo tua/ que nulli vnq; defuit: vt denegares mihi in tanta nc̃itate auxilium. Et tã misera bili tãq; periclitanti cause mec: misericordie tue patrocinium? An falset inaniter vocat te oñis ecclesia sanctorum: aduocatam suam/ ⁊ miserorum refugium? Absit ergo a mẽ fe dei que fontẽ pietatis toti mundo pepit: vt cuiq; miserorũ sue misericordie subuentionẽ vnq; deneget. Innumeris exemplis magnificorũ operꝫ misericordie tue que opata es erga peccatores miserrimos: docuisti nos ⁊ persuasisti de tua misericordia cõfidere. de tua pietate sperare ⁊ in oñibus necessitatibus nostris sub alis tue ꝓtectionis fiducialiter confugere. An est misericordie tue onerosa multitudo ad te clamantium? an est aliquatenus difficilis gratiositati tue impetratio: vl̄ venie vl̄ gratie q̃tecũq;. Scio dña miscõie quia nihil horũ est apud te. q̃n pot⁹ gaudiũ est tibi suffragari miseris ⁊ reuocare gratiosissimis/ ac semp efficacissimis precibus tuis periclitantes/ ⁊ etiã periclitatos a perditione ⁊ perditionis periculis. Tu eñ dulcissima dei mater sup oñes angelos ⁊ hoies: nosti q̃tum placeat bñdicto filio tuo salus nostra: q̃ ꝓna q̃q; prompta sit miscõia eius/ ad saluandũ nos. Nosti etiã q̃ta gloria sit ei saluare pditos. hec eñ est gloria sup oñes alias. Inde est illi collaudatio bñdictio/ ⁊ gratiarum actio atq; collaudatio sup oñia alia bona que facit vel fecit vel facturus est. Nec mirũ: cuꝫ miscõia ei⁹ sup oñia opa eius sit. Ex his eñ opibus maxime innotescit/ p̃larga ac magnificentissima bonitas ipsius. Quia ergo sup oñes hoies ⁊ angelos diligis gloriã bñdicti filij tui: q̃ indubitanter maxima est/ ei ex saluatione pditoꝝ maxime placet tibi ꝓcurare illã. Hoc aũt tẽ impetrare peccantibus gr̃am ip̃ius: his q̃ vitijs ⁊ peccatis suis offensi sunt illi. Quare reconciliatio peccatorũ est maxime grata ⁊ placita. Dum ergo te exoro/ vt me misericordissimo filio tuo reconcilies: hoc procul dubio a te peto/ q̃ maxime gratum atq; placitũ tibi certissime scio. Nõ potes igit̄ mihi denegare quod peto. Si eñ denegares q̃ tibi placitissimum atq; gratissimum est/ quid posset sperari vnq; a te? vel sup quo vnq; exoranda eẽs domina mea dulcissima? Amplius quia displicẽt vitia mea ⁊ pcta. que sunt offensiones mee grauissime: q̃b⁹ offendi charissimũ ac bñdictũ filium tuũ. placet igit̄ tibi ꝓtrariũ earũ. i. exterminatio. Quis aũt dubitet recõciliationẽ meã ad ip̃m: ꝓtrariã eẽ offensionib⁹ meis q̃b⁹ illuꝫ offendi. Et etiã exterminationẽ esse atq; destructionẽ illaꝝ. Placet igit̄ tibi recõciliatio mea ad bñdictũ filiũ tuũ. ꝓcura igit̄ illã ⁊ impetra. Ampli⁹ oĩs eccl̄ia scõa vocat te me/ diatricẽ hoĩuꝫ ad deũ: ⁊ h̄ nec false nec vane. Officiũ q̃ tuũ ẽ mediã te inꝑponere int̄ ip̄m ⁊ hoies/ nõ mediã q̃dẽ diuisiõis: ꝫ pot⁹ recõciliationis. Quid aũt iust⁹ a te peti põt: q̃ vt impleas officiũ tuũ. Quid denicq; mr̄i digni⁹ q̃ gl̄iam filij adaugere. ⁊ ad id ip̄m ꝓpter q̃d mat̄ dei es totis studijs ac virib⁹ intẽdere. q̃ igit̄ in h̄ ⁊ ad h̄ mr̄ dei effecta es: in q̃ ẽ illd̄ ad q̃d ipe ver⁹ de⁹ ⁊ hõ ⁊ fili⁹ tu⁹ effect⁹ ẽ. h̄ autẽ nõ nisi ꝓp̄t recõciliationẽ mũdi ad ip̄m: sicq; dẽ deus erat in christo mũdum sibi reconciliãs. Et vt ad vnũ dicat̄. venit filius hominis q̃rere/ ⁊ saluũ facere q̃d perierat. Sicut ipsemet

P

dixit· Et item apostol⁹· Fidelis sermo ⁊ oñi acceptiõe dignus: quia venit iesus christ⁹ in hunc mũdum saluos facere pctõres· Justissimũ igitur et dignissimũ ẽ vt tu dulcissima dei mater in hoc ipm studiose ac vigilãter intendas· vndeꝛ ppter quod tibi tantus honoꝛ accreuit ⁊ gloria: vt dei mater sis reginaq; mundi ⁊ dña· Hoc aũt null⁹ fideliũ ignoꝛat eẽ recõciliationẽ ⁊ salutẽ pctõꝝ· In hoc igit intẽdat pietas ⁊ dulcedo tua deuotissimis/ gratiosissimis ⁊ semp efficacissimis p̃cibus: ⁊ supplicationib⁹ tuis· Frustra nãq; clamabim⁹ ad ipm/ te tacẽte· qm̃ voces nostre nulle erũt coꝛaz eo/ vel apud ipm: si tue nobis defuerint: imo si tuis adiute nõ fuerint· Aboueat ergo te gloriosa dei mater benignissima: miscoꝛdia tua q̃ maioꝛ incogitabilioꝛ est oñib⁹ vitijs meis ⁊ peccatis· Absit a te dulcissima dei mater: vt plus possint apud te cõtra me vitia mea ⁊ pctã: q̃ possit miscoꝛdia tua ꝑ me· Absit vt clamoꝛ eoꝝ que implacabiliter semp odisti: preualeat clamoꝛi meoꝛ obstruat aures miscoꝛdie tue· Absit vt oñia mala mea licet tot ⁊ tãta sint possint obstruere os sacratissimũ tuum· ⁊ labia tua i quibus tanta gratia infusa est: cõpescere vel ꝓhibere ne loquaꝛ ꝓ me· Absit vt possit suspendere te a tam salubꝛi officio pietatis tue quoꝛ aduocata es ⁊ mediatrix hoim· post filium tuũ spes vnica/ ⁊ refugiũ tutissimũ miseroꝛum· Et ne allegaueris iniusticiã qua indignissimum me confiteoꝛ oñi auxilio pietatis tue: ⁊ oñi respectione miscoꝛdie tue· Hõ enim phas est vt allegas ꝑ iusticia cõtra me vel cõtra quẽcũq; aliũ· hoc eñ eẽt stare te ꝓ iusticia/ cõtra miscoꝛdiam· cui certissimũ est ⁊ totuz quo polles gratie/ ⁊ totuz quo fulges gloꝛie: vt illud p̃cellentissimũ omniũ videlicet/ q̃ es mater dei te debere misereri· Absit a te igit pijssima dei mater vt vl'in modico vel stes vl' alleges· nõ eñ hoc debes iusticie: vt vllo modoꝛum obsistas vel miscoꝛie b̃dicti filij tui: ex qua sunt tibi quibuscũq; predita es bona: vl' miscoꝛie ꝑprie tue/ videlicet que sup oñia bona tua alia glorificat· Hec eñ est: ꝑ quã maxime matrem dei te esse demonstras: ⁊ potissimum peccatoꝛibus ⁊ miseris: quiꝑ veniaz ⁊ gloꝛiam quas eis impetras: incessanter matrem dei te eẽ cognoscunt euidenter· Nulla eñ creatura ⁊ tot ⁊ tanta ⁊ talia ipetrare posset/ apud b̃dictum filium tuũ miseris· quãta tu apud ipsum impetras eisdez· In quo ꝑculdubio nõ tanq; ancillã suã: que indubitanter es: sed tanq; matrẽ verissimã te honoꝛat·

Amplius alijs matribus assimilari debẽt filij· te aũt gloꝛiosa dña decet assimilari benedicto filio tuo: ⁊ potissimũ in ea virtute ꝑ quam se fecit filiuz tuũ: ⁊ te matrẽ suã· Hec aũt ẽ misericoꝛdia ꝑ ppter hoc in miscoꝛdia es eidem sissima Accẽ igit est vt totã te possideat miscoꝛdia· ⁊ ꝑ pter hoc nihil potes contra illã etiam de iusticia· ne steteris igit ꝓ iusticia contra illã· Et ppter hoc ne allegaueris illam cõtra me: qui soli miscoꝛdie tue post filium tuuz innitoꝛ: spẽq; meã post illum totaliter in ipsa posui atq; fixi Ne allegaueris dulcissima dei mater/ peccata mea cõtra me/ qui miscoꝛdiam tuã allego cõtra ea· Absit vt stent in iudicio peccata mea cõtra miscoꝛdiam tuã: que oñibus vitijs ⁊ peccatis sup oñem cogitatũ/ foꝛtioꝛ est atq; potentioꝛ· Absit vt reminiscaris ipsoꝛũ: de qua seruus tuus ille deuotissimus scz bcat⁹ Aug⁹ de te loquens dixit· Quia quotiens de pctis agit nullam inquit prorsus de itemerata dei genitrice volo fieri mentionez· Absit vt pctã vel alia audaciã habeant apud te· que ad hoc ⁊ propter hoc mater dei effecta es: vt pctã tollerent ⁊ extermiarent· Auerte igit aures misericoꝛdie tue a clamoꝛe ipsoꝛũ: ⁊ inclina eas ad clamoꝛẽ meum· Absit a peccatis meis ista potestas/ vicz vt aures miscoꝛdie tue auertere possint a clamoꝛe meo· vel obstruere eas contra illum· Absit ab eis vt eousq; possint officium miscoꝛdie tue: quod est misereri: ꝓhibere cõtra me: vel aliquatenus retardare· Absit vt officium filio tuo placitũ: ⁊ toti mundo saz salutare: tã nccariũ/ suspẽdẽ vllo mõ possint·

Cõuertat se iterũ peccatoꝛ ad patrociniũ iesu xp̃i supplicãs vt alleget ꝑ ipso· Ca· XIX

Quissime ad te ⁊

In refugio ⁊ recurro dñe mi iesu christe q̃ primus es ⁊ p̃ oñibus primatuz tenens/ in benignitate ⁊ miscoꝛdia· Prim⁹ inq; ⁊ maxim⁹ incõpabiliter ⁊ incogitabilit'/ sup oẽs q̃ in circũitu tuo sunt· sup oẽs vicz exercitus pulcherrimaꝝ/ sublimiũq; miliciaꝝ tuaruz: ⁊ sup oia scõꝝ milia· q̃q; eñ ⁊ charitate inestimabiliter oẽs ardeãt: ⁊ pietate incogitabilit' defluãt: nec scintilla tñ ẽ oim illoꝝ charitatis ardoꝛ/ ad caminũ seu foꝛnacẽ imense charitatis qua tu ardes in nos· nec stilla ꝑm odica ad abyssalem illã pietatis tue dulcedin ẽ: quã ostẽdis ⁊ exhibes ꝑtẽtib⁹ ⁊ reuertẽtib⁹ a d te

Capitulum

Quis eñ admirari vel etiã cogitare sufficiat ímensitatem miscõie tue qua hõ ꝑ peccatoribus fact⁹ es: moriq; ꝑ eis: ac ꝑ latrocinijs eorum suspendi dignatus es. Et vt ad vnũ dicam. seruus ꝓ oñia miscõie factus es/ ꝛ vena le mancipiũ. vt eñ vulgo dicit cũ plenam ꝯs dñationẽ in aliquo vult ostendere: dicit indubitanter meus est ad suspendendũ/ ad dilacerandum/ ꝛ ad vendendũ. Sic dñe misericordie: miscõia tua dñatione plenissima te possedit. ꝛ adhuc possidet. Ulsa est nãq; hac seruitute/ tua nobilissima ꝛ hac dñatiõe sua plenissima inte. Et hoc in ipsa pijssima sacratissima q; passione ꝛ morte tua. Hec eñ est que in cruce suspendit te ꝛ illi patibulo te affixit. que est ptãs que tibi mortẽ intulit: nisi miscõia tua: Si eñ totus mũdus ferrũ esset ꝛ inde cathene ꝛ vincula fabricate essent minimũ capillũ capitis tui vel pilum aliũ ligare vel tenere nõ posset. Cui igit̃ tanta ỽtus tantaq; potentia/ vicz ligandi/ tenẽdi/ crucifigendi/ occidendi/ attribuenda est: nisi benignissime miscõie tue ꝓ quã solã hec oñia pati ꝓ nobis dignat⁹ es: ꝛ charitati illi ꝓ quã nimiam vocat Apl's. que sic te nobis alligauerat ꝛ astrinxerat: vt h̃ omnia pati ꝓ nobis potius velles: q; nos infernali patibulo/ ꝛ morti eterne: gehẽnalibusq; tormentis iustissime cruciandos derelinquere. ꝓ Per istos igit̃ vsus: manifestus est miscõiam tuam in possessione esse oñimode seruitutis Et qñ iure suo ꝯs iniuste priuari nõ põt: a te dico. qñ adhuc plenissime possidet te. Et propter hoc eisdẽ modis ꝛ ad eadez liceret ei vti adhuc te si opus esset. Uerũtñ mors tua vnica sufficientissima fuit ꝓ totius mũdi peccatj ꝓpitiatio. ꝛ etiã incogitabiliter supabundãs: sicut me tuipse docuisti: ꝓ gr̃am tuã ꝛ ministerio meo multos alios. Hoc eñ testificatus est apl'us tu⁹ ꝓ Paulus ex te ꝛ ꝓ te in epl'a ad Hebr. x. Una oblatiõe cõsummauit in sempiternũ sanctificator. Et qñ quecũq; pietas possidet pauperũ ac miserorũ sunt: Necesse est etiam ex hac causa te eẽ nostrũ. Amplius nunqd nõ dixit Esa. ix. ex te ꝛ ꝓ te/ de teipso. ꝓ Paruulus natus est nobis. Et apl's tu⁹ ꝓ Paulus ad Roma. viij. Qui ꝓ ꝓprio filio suo non pepcit. ꝙ ꝓ nobis oñibus tradidit illum. qñ nõ etiaz cum illo nobis oñia donauit. Datus igit̃ es nob. ꝛ qñ dare est suũ accipientis facere. Noster. i. ius nostrũ ꝛ possessio factus es. ꝓ Propt̃ hoc ꝓ spñ tuũ dicebat Dauid. Bñdicat nos deus deus noster. hoc ius ꝛ hanc possessionez

U

insinuando addidit repetitionẽ hui⁹ nomis deus ꝓ ꝓnomen possessiuũ: qd̃ est noster. Ff aũt factus es: ad oñem vsum ꝛ vtilitatez nr̃e salutis. Datus eñ es nobis in anthidotũ nostre saluationis: in pabulũ nostre refectionis in sacrificiũ nostre reconciliationis. in sacramentũ nostre sanctificationis. in pugnatorẽ nostre defensiõis. in aduocatũ nostre allegationis. sicut tuipse testatus es ꝓ Esaiã dicẽs. Ego sum qui loquor iusticiam/ ꝛ ꝓpugnator sum ad saluandũ. loquendo iusticiam in iudicio qd̃ de nobis agit̃. iusticiam inquã non nostram sed tuã. Aduocatus noster es/ ꝛ ꝓpugnator es/ ad saluandũ. fuisti nobis vbi palã triumphasti in temetipso p̃ncipatus ꝛ potestates in agone videlicet victoriossime passionis tue vbi fortem diabolum vicisti atq; ligasti. Datus es nobis ꝛ in sponsum nostre fecundationis. tuis eñ mundissimis ac castissimis amplexibus. tuoq; sacratissimo poculo q̃ ad oñe bonũ steriles eram⁹: ad oñem prolez gratiarũ donorũ ꝛ ỽtutũ atq; ad oẽm fructuz bonorũ operũ fecundamur. Datus es nobis ꝛ in p̃ciũ nostre redemptionis sicut dixisti per os tui ꝓphete. Redemptionẽ misit dñs ꝓp'o suo. Datus es ꝛ in scutũ nostre ꝓtectionis: sicut promisisti ꝓ os ipsius dauid dicẽs. Scuto circũdabit te veritas eius. Tu eñ dñe in circũitu populi tui: ex hoc nũc ꝛ vsq; in seculum Datus es nobis in coronã glorie: ꝛ sertum exultationis ꝓp'o suo. ꝛ hoc quidẽ finaliter. Et ĩ nouissimo datus es ꝛ in magistrũ nostre eruditionis: sicut tuipsemet dixisti in euangelio. Unus est magister vester christus. Dat⁹ es nobis ꝛ in iudicẽ nostre remuneratiõis. sicut dixit Esa. ex psona patris clementissimi. Dedi eum ducẽ ac p̃ceptorẽ gentibus. Datus es nobis ꝛ in lucẽ spũalis ac salutaris illuminationis: sicut dictũ est ꝓ eundẽ Esa. ab ipo patre miscõiarũ. Dedi te in lucẽ gentiũ. Datus es nobis ꝛ in regẽ nostre gubernatiõis. sicut tuipse dixisti per os Dauid de teipso. Ego autẽ constitutus sum rex ab eo sup syon montem sanctũ eius. Datus es nobis ꝛ in sacerdotem siue in pontificẽ. sicut dictũ est ad te ab ipo patre miscõiarũ. Tu es sacerdos in eternũ ſm ordinẽ melchisedech. vt sis nobis oñibus et singulis in his que sunt ad deũ: vt patet in oibus sacerdotalibus officijs ꝛ pontificalibus. Datus es nobis ꝛ in custodẽ: contra oñes offensiones. insidias ceteraq; vniuersa pericula. Datus es nobis ꝛ in saluatorez oñimode

saluationis: sicut ꝓmisit de⁹ pater ꝑ prophetam. Clamabũt ad dñm de facie tribulantis· mittet eis saluatorẽ ⁊c· Recordare dñe misericordie quia in tot et tantis tanqꝫ salutares vsus datus es nobis ⁊ ad omnes illos noster effectus· Et ꝓpter hoc cõfidenter peto vt in oñibus istis vsibus/ vtar te in salutẽ meã· Et vt oñia officia ista adimpleas ⁊ exequaris ꝓ me· Adimple igitur officiũ aduocati pro me/ ⁊ allega causam meã· Aperi igitur os sacratissimũ tuum/ os bñdictũ/ os gratiarũ/ ⁊ allega cũ thimiamate ineffabilis suauitatis· i· gratiosissima interpellatiõe tua: tota sanctispiritus apotheca semꝑ flagrãtissima· Allega istõ incogitabilis flagrãtie incensum· deprecare pro me· te nanqꝫ aperiente os illud bñdictum tuum pro me: obmutescẽt oñes accusatores ⁊ aduersarij· te prestante patrocinium cause mee que cõsurgit ex aduerso· te/ stante ꝓ me quis stabit aduersum te· dante vocẽ gratissimam ⁊ gratiosissimã in cõspectu patris misericordiarum: vocem inqꝫ illam incompabilẽ eloquijs angelorũ· An prebebit pater misericordiarum aures suas accusatoribus ⁊ aduersarijs meis· ⁊ auertit illas ab incogitabili placore ⁊ suauitate vocis tue· Absit hoc ⁊ ab ĩmẽsitate misericordie ipsius/ atqꝫ amoris inestimabilis quo diligit te· sed ⁊ q̃ vides iuges offensas meas quib⁹ iugiter offendi patrẽ misericordiarũ· Placa eum mihi iugi illo placabilissimo eiqꝫ semper acceptissimo: preciosissimi viuificiqꝫ corpis ⁊ sanguinis tui sacrificio: quo placasti eũ mundo in ara crucis: agnus ĩmaculatus: agn⁹ dei qui tollis peccata mũdi: offerens temetipsum eidem in odorẽ suauitatis pro nobis: vbi pacificasti ꝓ sanguinem crucis tue: siue q̃ in celis siue que in terris sunt· Dñe misericordie quãta deuotione q̃stis gr̃arũ actiõibus: q̃stis piarũ lachrymarũ ꝓ fluuijs: rememoranda semꝑqꝫ recogitãda sunt tã stupẽda tanqꝫ longe a meritis nr̃is bñficia· Ego ãt miserrim⁹ atqꝫ vilissimus: arido et frigido tenebrosissimoqꝫ corde atqꝫ per oñia pauperrimo hec in ꝓspectu misericordie tue/ vtrũqꝫ tñ recogito dulcissime redẽptor atqꝫ misericordissime· saluatorqꝫ benignissime: dñeqꝫ deus mi iesu christe qui nõ solũ cause nostre patrocinium: sed etiã dãnationis nostre iudiciũ: pariterqꝫ supplicium: stupẽda ⁊ largitate incogitabili pietatis ⁊ dulcedinis tue suscepisti· Allega eaꝫ incessanter: qui vides accusatores nostros ⁊ aduersarios nõ cessare ab accusationibus nostris die ⁊ nocte

Qui vides q̃tam materiã accusationum eis dedimus· Et ego in plures atqꝫ grauiores innumerabilib⁹ alijs in tot ⁊ tantis vitijs ⁊ peccatis cecidi ⁊ quod fere deterius ẽ: hec oñia stupido ⁊ intensibili· ac ꝓ oñia temerato corde ⁊ audiuim⁹ ⁊ cogitauim⁹· Dñe misericordie pro istis ipsis delictis interpella: ne prestẽt impedimentũ miserationis quã peto· dñe misericordie allega causam meã iusticia ⁊ sanctitate tua: q̃ vides meas nullas eẽ/ qui vides aperte mea mihi obesse: quod allegari possit· dñe misericordie hec potest malignitas aduersariorũ meorũ: vt nõ cessent die ac nocte ab accusationibus meis· Possit igitur hoc misericordissima benignitas tua apud te pro me: vt non cesses a patrocinijs et suffragationibus meis· Dñe misericordie allega causaꝫ meam sapiẽtia tua: qui vides insipiẽtias ⁊ ignorãtias meas· ⁊ in orã do ⁊ in oñibus alijs: que ego dñe misericordie allega eam gratiositate tua: que ꝓ semetipaꝫ solã sufficit impetrare mihi ⁊ oñibus alijs· omnez veniam· oñez gtatiã· omnẽ gloriam· ⁊ omne bonum aliud· Ultraqꝫ istas diuicias dñe misericordie fac me sentire· ita videlicet vt hec omnia/ ⁊ tu mihi impetres· ⁊ eadem ipse largiaris· Dñe misericordie non possint omnia mala mea vitia ⁊ peccata· eouisqꝫ cõtra me· ⁊ ꝓptea exequaris officium/ quod ĩcogitabili pietate suscepisti: hoc est aũt officiũ patroni et aduocati· Nõ possint dñe misericordissime eouisqꝫ: vt vel ad punctũ horę cessare te faciant ab interpellãdo pro me: ⁊ ab allegatiõie cause mee· alioqn ⁊ incessanter ⁊ irreuocabiliter in perditionez ⁊ mortẽ eternã totus dilabor· Absit vt pl⁹ possint cõtra me oñia mala mea apud te: q̃ misericordia tua ꝓ me· absit vt pl⁹ possint obstruere os bñdictum/ ⁊ sanctissimũ tuum: quo min⁹ loqueris ꝓ me· absit vt possint suspẽdere a patronali officio quod ꝓ pctõrib⁹ suscepisti: ⁊ causã illorũ allegãdã ⁊ agendã coram pr̃e misericordiarũ suscepisti· absit vt possint te suspẽdere a sacerdotali vl̃ põtificali officio: quo ⁊ temetipm obtulisti: hostiã in odorẽ suauitatis ⁊ interpellare nõ cesses/ sicut apostolus tuus de te loquẽs dixit· Qui paret vultui dei ꝓ nobis· Et iterũ· semꝑ inueniem⁹ interpellãdũ pro nobis· Dñe misericordie tuipse scis et testis es/ q̃ ex modica illa scintilla dilectiõis quã habeo ad te ⁊ ad oñes hoies: ⁊ ꝓ modica illa scĩtilla pietatis quã dedisti ĩ corde meo q̃tacũqꝫ essent vitia ⁊ pctã cuiuscũqꝫ: qui peteret a me vt orarẽ ꝓ illo/ vt possent obstrue-

re os meũ in pte illa nec suspendere organuz vocis mee: qn orarem pro eo miscoiam tuam Absit igit hoc vt possint pctã mea contra me apud te: cui⁹ pietatis t dulcedinis nec numerus ẽ nec mensura. Amplius non poterunt oñia vitia t pctã mea prohibere vel auertere quo minus in mortem te traderes pro eis ꝑ pitiandis. Quo igit poterũt pctã: vt nec etiam apies os tuum sacratissimũ ꝑ me dñe misericordie. Qꝫ tũ oderis pctã nostra: euident ostendisti fidelibus tuis / in ipso crucis tue victoriosissimo mysterio: dum ea morte ipa tua mortificari voluisti / vt ea morerent. mori dignatus es / qꝫto facilius est tibi dicere pat mi sericordiarũ dimitte huic pctori. Ampli⁹ an sum ego magis offensus tibi qꝫ ipsi crucifixores tui eẽnt. dum te crucifigebant. ꝑ ipis dñe orasti cum hoc ipi non peterent a te t dixisti. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciũt Quo igit denegabis mihi: imo vt euidenti⁹ loquar: quo continebit se multitudo viscerum tuorũ sup me: Aut qualiter cõtinebis os bñdictum tuum: t nõ apies illud ꝑ me: qui nõ te crucifigo: sed venero ꝑ gratiã tuã. qm te oro t adoro. t a te vt possum t tu adiuuas. hoc expposco dñe miscoie iam nõ opus est vt moriar iterũ pro me t alijs peccatoribus. Satis ẽ nobis ad viuificationẽ nostrã pijssima interpellatio tua / t oratio gratiosissima quam expelli t oñino nõ exaudiri a patre miscoiarũ impossibile est. Addc illi pijssime passioni tue t morti: gratiosissimã interpellationẽ pro me t alijs pctoribus te inuocantibus. Alioqn nõ solum te inutiliter sed etiam supra modũ noxie crucem t mortẽ pro nobis sustinuisti. Et viuifica illa / saluberrimaqꝫ mors tua: in pniciẽ morti feram nobis vertit. Dñe miscoie nõ sit: nõ tm vacua a fructu nostre salutis: sacratissima illa mors tua: sed etiam nõ ꝑmittas: vt sit nobis in augmentũ mortis t pditionis. Dñe misericordie nõ est opus vt fundas iterũ precio sum viuificum sanguinem tuum: in absolutionem t sanctificationẽ nostraz. sufficit nobis vt fundas ꝑces flagrãtissime suauitatis t irreparabilis gratiositatis in conspectu patris miscoiarũ pro nobis. An denegabis nobis ꝑces rogatus q sanguinẽ proprium etiã nõ rogatus tribuisti. Dñe miscoie ne patiaris frustra te tot t tanta fecisse nobis / t ptulisse ꝑ nobis t ne sustineas vllo mõ vacua eẽ tam magnifica opa miscoie tue. Ne dimiseris impfectũ salutis nostre tam gratũ tãqꝫ sibi sumptuosum negociũ: cui hoc solum deest ad pfectum consũmationẽ siue cõsũmatã pfectionẽ: vt aperi as os gratiarũ / coram patre miscoiarũ ꝑ me t alijs redire vtcũqꝫ conantibus. Quod si forte dixeris mihi. quia illa beneficia tua ego met mihi irrita feci t vacua. t isup prouocaui iustissimã iram tuam contra me. verũ indubitanter dicis Et qz prouocaui iram: miscoiam peto. vt tu eaz auertas qui solus potes. qꝫ tũ tu das t adiuuas exoro. tu eñ es os t pax nostra t ppiciatio pro oñibus peccatis nostris sufficiẽtissima: t supabũdãtissima. tu sol⁹ potes nobis placare patrẽ miscoiarũ: t teipsuz t spñsanctũ. qui solus per temetipm accedis ad patrẽ miscoiarũ: cui in te solo bñdicto placuit. qui in oñibus semp exaudiris ab ipo ꝑ tua reuerentia.

Cõclusio petitiõis t ꝓfirmatiõis. La. XX

POst hec autez ꝑ concludam. i. cõclusionem huius orationis faciã. Et dicam interrogans te an velis misereri vel non. Qđ si vis misereri. vtiqꝫ non posses nisi volẽs. inutilis imo nulla miscoia tua. cũ miscoia eẽ non possit nisi voluntas miserẽdi. Qđ si vis misereri sicut reuera non solũ euidẽs sed etiã necessarium est. Interroga te dñe quibus t qualib⁹. Si eñ nõ vis misereri nisi iustis t intẽdo. s. iã iustificatis. confidẽter dico qz illud non patit veritas tua. illis eñ q iam iustificati sunt: añqꝫ iusti eẽnt misertus es: faciens eis hãc misericordiã videlicet vt eos iustificares. anteqꝫ aũt iustificarent iusti nõ erant. Vnde igitur eis iusticia: nisi de multudine miscoie tue preueniẽtis eos et ꝑdonãtis eis iusticiã. Manifestuz igitur ẽ qz proculdubio t misereri vis non iustis: et miserer eis potissimũ in hoc: qꝫ absqꝫ meritis prestas eis vt iusti sint / cuz hoc apud te non meruerũt: Interduz aũt et illis supabundãtissime miserer. qui maxime iram tuã prouocãt. quẽadmodũ miser⁹ es Paulo apostolo tuo: non solũ miscoiam tuã nõ querenti / vel etiã curanti. sed etiã iram tuã iustissimã implacabiliter puocãti. Dũ eñ te persequeret totis studijs t virib⁹: enitẽs extingere nomẽ tuũ / t fidẽ: dũ eẽt spirãs minarũ t cedis in discipulos tuos. magnificẽtissime eum vocasti plenissime auertens eũ ab iniusticijs suis. pfecteqꝫ conuertẽs eũ ad te / totaliterqꝫ iustificans. Quia igitur proculdubio vis

Capitulum XXI

orari a pctōribus postulātib⁹ miscōiam tuaz qua indigent: hoc aūt maxime ex gratia iusti ficationis. Vis igit vt pctōres a te petāt istā miscōiam. Et hoc ip̄m tu inspiras eis: t prerogas: vicz vt petant a te miscōiam: qua liberē tur atq; mūdent a miserijs vitiorū suorum t peccatorū. Qua ppter manifestū est te velle peccatoribus misereri: t potissimū illis q̄bus hoc p̄rogas/t p̄largiris: videlicet vt hoc desi derent querāt t petant a te. Quia igit de illis ego sū vn⁹: miser vis t mihi: miser igit.

Excusatio proprie infirmitatis. La. XXI

Quod si dixeris

B q mihi: quia illis misereri vis/qui toto corde hoc exposcūt a te. mihi xo/t si milibus meis quorū tam exigue/ tam exiles tam aride/tam frigide/tam tenebrose sunt p̄ ces: nō vis misereri: hoc est miscōiam impen dere/ quā sic petimus: Rñdeo tibi in hoc dñe miscōie: quia nemo orat te ex toto corde: nisi cui⁹ totum cor iam occupasti t repleuisti: t p pter hoc totū cor illius iam possides. totūq; traxisti ad te. Qua ppter totū ip̄m liberasti: a peccatis t vitijs: qua ppter totū iustificasti totū tua iusticia repleuisti. Amplius q̄ to to corde orat te: toto corde concupiscit/t de siderat te. qua ppter toto corō amat t diligit te. Qualiter em̄ totū cor ei⁹ inflāmares cōcu piscentijs tuis t desiderijs: nisi in illud iā mi sisses ignē spūssancti: quē venisti mittere in terrā. Et de quo dixisti. q̄d volo nisi vt accen datur. Amplius si ppter hoc nō velles mi sereri qm̄ exiguū t exiliter/ aridecq; t frigide exorāris vt miscrearis. Si hāc causam dignā t iustā iudicas/ phibitiōis tue miscōie: q̄ iu stificas quos vis. Nō igit vis misereri. quoni am ista causa nec amoueri/nec auerti potest p ipsos pctōres. pfectio em̄ orōnis: quod est dicere p quaz tibi merito placeat oro eousq; vt eam exaudias: donū inestimabile ē miseri cordie tue. Qua ppter inde solūmō nō exau dis hmōi debiles t īualidas orōnes: quia de sunt eis pfectiōes: que sunt dona magnifica soli⁹ miscōie tue. Cū igit ñ p̄donas/ vt sic ex oreris: pculdubio nō vis misereri: quēadmo dum exposceris. Et intendo/ non vis largiri q̄ postularis: qua ppter vex ē q̄ p̄dixi: q̄ p culdubio nō vis misereri peccātibus q̄b⁹ non das vt toto corde te p̄cenit: t ppter hoc non vis misereri pctōrib⁹: cū nunq; pctōrib⁹ hoc largiris: vt te ex toto corde orent. Nō em̄ pos sibile est cor pctōris totaliter exorare te: t si mul esse cor pctōris: quēadmodū nō ē possibi le vt totū sit plenū gr̄a deuotionis t orōnis t ex pte pctis t vitijs occupatū. Qua ppt manifestū est. quia vis orari a pctōrib⁹: t vis of ferri tibi orōnes eorū. Nō aūt vis offerri tibi eas frustra vel in vacuū: vis eas igit exaudi re. Amplius qua confidentia petit ois ec clesia scōx t dicit. Cōuerte nos deus salutar noster: t auerte irā tuā a nobis. Nō em̄ quer sus est: qui conuerti petit: neq; ab offensa est: q̄ irā suā a se auerti p̄cat. Hec aūt est orō/ quā ab ip̄o spiritu scō tuo edocta ē ecclesia tua / et facere t offerre tibi. Nō aūt orat te sic eccl̄ia tua insipienter. neq; ita vt tibi displiceat ista eius orō. Orari igit a pctōrib⁹ vt eos conuer tas: t ab infestis: vt ab eis irā tuaz auertis in dubitanter placet tibi. Quicq̄d aūt placet ti bi vt petat a te: proculdubio placet t tibi: vt t id largiaris petenti: p̄sertim si ip̄m largiri ti bi cedat ad gloriā t honorē: petenti xo expe diat ad salutem. Nihil aūt teip̄o teste: ad ma iorem: cedit tibi gloriā. Nihil petentibus ma gis ad salutē: q̄ querti ad te. expedit t auerti irā tuam ab eis. Hec ē igit cōfirmatio cause mee cor̄ te. hec firmitas p̄tis mee/ vicz beni gnitas miscōie tue: qua nō dubito te velle mi sereri pctōrib⁹/ miscōiam tuā petentib⁹/ atq; desiderātibus: vt eis des/ eosq; adiuues que rentib⁹. Est t hec alia firmitas t confirma tio p̄tis mee. q̄ tuipse aduocatus es t ppitia tio: qui es t iudex me⁹. Et ppter h̄/ nō ē pos sibile vt patiaris cām meā p̄clitari/ in manī bus tuis. Apud hoies em̄ nō ē possibile vt ad uocat⁹ fidelis t iust⁹: p̄mittat p̄clitari causaz cui⁹ patrocinīū susc̄epit. Et ē tertia firmi tas/ t p̄firmatio cause mee. q̄ scio te nec vel le vinci/ nec posse. Nec ē possibile te succūbe re in iudicio. q̄ ppter nō ē possibile: vt ego ca dam a cā mea te p̄stante ei patrocinīū: t alle gāti illā. nec t tuip̄e (q̄d etiā cogitatu nephas ē) vinci videaris. Et est q̄rta firmitas t cō firmatio p̄tis mee: q̄ ip̄a allegatio tua sufficiē tissima: p orō ē vrgentissima: q̄ omnimode ir refragabilis p̄suasio ad obtinendā sententiā absolutiōis/ t liberationis mee. Absit em̄ ab abyssali illa sapiētia tua/ t gratiositate incogi tabili: vt allegatiōi tue resistat ab accusatori bus t adūsarijs meis. vel vt p̄tra eū p̄nūciet vel a teip̄o vel alio iudice iustissimo. Et inten do vel a te. vel a p̄fe miscōiax. Et q̄nta fir

mitas ⁊ cõfirmatio ptis mee: q ipa allegatio tua iustificatio est cause mee. In eo eñ ipo q eam allegas iustificas illã ⁊ iustã efficis. Et b̃ est qñ iusticie tue: q̃cq̃d pctis meis debeatur debeť sup snĩa quã allegatiõe tua obtinere intendis. ¶ Et est sexta firmitas ⁊ cõfirmatio ptis mee atq̃ cause: ipsa gratiositas tua: qua eousq̃ patri miscoiarũ in te solo placuit: vt in oñibus semp exaudiaris apud illũ. semp pro ipo placore tuo atq̃ reuerentia. Qua ꝓpter q̃tũcũq̃ odibilis/ detestabilis/ ⁊ execrabilis sit causa mea: nihilomin⁹ in ore tuo b̃ndicto. in ore tuo sacratissimo/ ⁊ in labijs tuis q̃b⁹tã ta gr̃a diffusa est: est fauorabilis. ¶ Et ẽ septima firmitas ⁊ cõfirmatio ptis ⁊ cause mee: ipsa vereranda ⁊ reuercnda sanctitas tua: ad quã necesse habet respicere pater miscoiarũ: ꝓpter qo ab ipsa ecclesia tua exorať ⁊ dicitur eidẽ/ ab ipa. Respice in faciẽ christi tui: quam vicz opponit sanctissimis oculis tuis. ⁊ inꝑponit horrificis atq̃ monstrificis fediratibus/ ⁊ abominationib⁹ nostris: ⁊ vultui clementissimi patris: tanq̃ opiens eas ⁊ abscondens. ne illas intueať. sicut legiť in libro sapiẽtie. Dexptera tua teget eos. Nõ eñ sol⁹ filius sic nos tegit ⁊ opit. imo pater ꝑ ipm opiens iniquitatem/ ⁊ abscondẽs sanctitate sua: quã respicicns pater miscoiarũ necesse est vt placať⁹ respiciat. Nõ eñ possibile ẽ vt in eam respiciat: nisi vultui sereno/ ꝓpitio/ ⁊ iucũdo. qo ⁊ ipse obsecro vicz vt faciẽ plenã gr̃az charissimi ac b̃ndicti vnigeniti tui respicias: ⁊ a pctis meis illam prorsus auertas. Abundi eñ sunt oculi tui sancti dñe: vt nõ videas mala. ⁊ respicere ad iniquitatẽ nisi cũ ira ⁊ indignatione nõ poteris. Nõ igiť respexeris abominatiões/ execrationes horrificas/ ⁊ seditates/ q̃ misereri potius eligis q̃ irasci. Sicut dicit ecclesia tua orans te. Respice igiť in faciẽ christi tui. cui⁹ placore ab ira tua mihi placeris: me vicz qo ĩ me feciśti: qoq̃ iure tuo pleniśimo tuũ est: in me placido sereno/ iucũdo ac ꝓpitio vultu intuearis atq̃ suscipias/ gr̃a imo gratiositate ⁊ meritis illis: que nõ solum reconciliatiõe totius mundi sufficiunt imo etiam in infinitum supabundant ⁊ sup oñem cogitatum.

¶ Ad quid valeant predicta. Ca. XXII

DAnimaduerte a solerter ⁊ studiose: q̃ oĩa x̃ba hec que hic aggregaui tibi atq̃ congessi: de verbis petentibus sunt ⁊ ad deꝑ candũ composita. que ⁊ si nõ sit possibile ꝑ ea moueri imobilẽ ꝑ oñia q̃ innumerabilẽ deũ potentia tñ mihi videnť esse ⁊ validissima ad mouendũ ipsum recitantẽ vel meditantẽ illa Ad mouendũ inq̃ ⁊ ꝑparandum: vtcũq̃ ad gratiã deuotionis/ ⁊ gratitudinis/ ⁊ largitatis/ ⁊ benificẽtie incogitabilis dei. Similiť ad gratiã cõpunctionis: dũ vitia ⁊ pctã ꝑ eaz sic sugillanť ⁊ aggeranť ⁊ agrauanť. Ipaq̃ bñficia creatoris ⁊ declaranť ⁊ magnifice extollũtur: ⁊ quatenus possibile est numeranť. Validita tñ mihi videnť: ad gr̃az interne ac ṽe penitudinis ꝓuocandã ⁊ ꝓcurandã. Dũ eñ ṽtus illi⁹ ⁊ placor/ apud deũ tam euidẽter ꝑ ipsa ostendiť. nõ est possibile vt ab agnoscentibus ipam nõ desidereť vel querať. Quis eñ videre vel cognoscere possit gr̃am istã: esse/ liberationẽ a carcere ⁊ vinculis horrificis vitiorũ/ ⁊ pctõꝝ/ ⁊ nõ cõcupiscere vl̃ nõ desiderare eam: Quis deniq̃ illam viuificationẽ ⁊ resuscitationẽ a morte pessima hmõi eã vel leuiter opinari possit ⁊ nõ amare ⁊ q̃rere. Amplius/ qñ nihil magis ingerit dolorẽ: q̃ ipsa mala/ ipsaq̃ detrimenta atq̃ dispẽdia q̃ passi sumus vel patimur. ⁊ hoc qñ videnť vel cogitanť. tu aũt vides euidenter q vba ista añ oculos cordis tui: mala oñia tua tibi ponunt ⁊ etiã in ipsos oculos tue mẽtis ingerũt ⁊ impingunt. Insensatũ igiť ⁊ insensibile põt esse cor tuum: si dolorẽ tibi tot ⁊ tãta mala tua nõ ingerunt. ¶ Amplius cũ oñia vitia ⁊ peccata instar telorũ cuspidis ex altera pte vel obtusa vel blanda sint. ex altera vero acuta durecq̃ ac dire vulnerãtia atq̃ transuerberãtia ꝓpter quod cũ trajciunť ⁊ infigunť: sine dolore vtiq̃ ⁊ intrant ⁊ admittunť. Cũ ṽo recogitanť mala eorũ: que hic vicz irrogant. sicut mors spũalis culpe/ ⁊ mors gehennalis pene ceteraq̃ tormẽta que inferunt patientibus. tunc cuspides eorũ vertunť in aĩas nr̃as. q̃ ꝓpter si viuax ⁊ fortis fuit recogitatio eox: pungunt eas profunde/ ⁊ cũ dolore saluberrimo cõpũgunt eas. Et inde nomiata ẽ cõpũctio. tanq̃ vicz a cuspide ⁊ aculeis vitiox ⁊ peccatorũ ex oñi pte ꝓfunda punctio. Et he sunt pũcture/ q̃ diabolũ imo omnes cateruas demonũ: de aĩabus humanis exilire: totaq̃ velocitate diffugere cõpellũt. Quẽadmodum eñ pũcture iste saluberrime: aĩas resilire faciunt/ ⁊ effugere a vicijs ⁊ peccatis. Sic ⁊ demones ab aĩab⁹. hec eñ est natura ⁊ consuetudo

vitiorũ ꝛ demonũ: vt semp fugiãt / fugiẽtes se vt dicit sapiens in ecclĩastico ·xxj· Quasi a facie colubri fuge pctã· ꝛ si accesseris ad illa suscipient te· sequunt eñ sequẽtes se / ꝛ fugiũt ab eis qui ea fugerint· eosq; suscipiunt: qui a seipsis eadem nõ repellunt· Vide igit ꝟ mirabilia dei· qui de veneno mortifero vitiorũ ꝛ pctõrũ: euidenter p hanc viã saluberrimaz nobis ꝛ vitalem efficit medicinã· Et vt vulgo dicit de bufone facit nobis salutare anthidotum· ꝛ de serpente saluberrimã tyriacã· Jux verbũ poete quo dixit· Vulnus achilleo que q̃ndã ferat hosti· Vulneris auxiliũ pelias hasta tulit· Apparet aũt euidẽter ex his tibi: q̃z p pe est salus ꝛ sanitas spũalis pctõrib⁹: cũ ipsi morbi vulneraq; vitiorũ ꝛ pctõrum: paratissimi sunt fieri anthidota cõtra semetipsa· Et ꝟ eis dũtaxat qui adiutorio dei: cuspides eorũ ꝛ aculeos in se vertere / seq; inde repercutere volunt· Et qđ est mirabilius: ipsiq; deo saluatori nr̃o glorioslius· quia maiores morbi / maioraq; vulnera / in mai⁹ auxilium salutis potẽtes sunt· Q̃m sicut maiores habent cuspides ꝛ aculeos ad pcutiendum aias nr̃as: sic magis efficaces sunt ad eas cõpungendas: ꝛ ad cõpunctionis gr̃am p̃curandã· Nolli igit desperare o peccator p̃ magnitudine ꝛ multitudine vitiorũ ꝛ pctõrũ· sed inuoca omnipotentissimum / misericordissimũ / atq; promptissimum adiutorẽ deũ: qui nõ solum medicus ẽ animarũ nostrarũ: sed etiã medicina / ꝛ salus vt ipe opet ꝛ mirificet miscordiam suã in te· Faciatq; illa mirabilia: que soli ei possibilia sunt· vicz vt de morte tua reuiuiscas· ꝛ vt de ipsis morbis tuis atq; vulneribus tibi salutem ꝛ sanitatem eliciat· tantaq; ꝛ tot venena vitiorũ ꝛ pctõrũ: in tyriacã saluberrimam conuertat Et de tantis spinis ꝛ tribulis vuas: ex qb⁹ vinum cõp̃ctionis exprimas tibi colligere largiat· Et de rubis istis spinat ſ ꝛ aculeosissimis vuas hmõi vindemiare te faciat· Quod ĩdubitanter faciet: si vitia tua ꝛ pctã: coram te sp fuerint: si ea iugiter mediteris· Nõ eñ poterit tibi nõ displicere: nec tu tibiipsi in illis: si ea iugiter recogites· Per hoc nãq; solum q̃ nõ bene aut plene vident: placent amatorib⁹ suis· Cũ eñ nõ sit turpitudo aut deformitas / aut seditas aut fetulẽtia adeo abominabil· adeo horrifica: vt vitiũ vel pctũ· ꝑculdubio manifestum est eam nõ posse nõ displicere intuenti illam ꝛ clare videnti· Qua ꝓpter de illa rectissime verissimeq; dictũ est· qui viderit te re-

siliet a te· Reminiscere aũt debes: quicũq; cupis de vulneribus ꝛ morbis vitiorũ tuorum ꝛ pctõrũ haurire sanitatẽ· iuxta illud qđ dictũ ẽ ꝑ apl'm· de pctõ damnauit pctm̃· quia de ipsis cum adiutorio diuine gr̃e eliciunt aromata mire virtutis decem vel plura: ex quib⁹ cõficitur ꝛ condit ista tyriaca salutifere cõpunctionis· Quorũ primũ est timor gehennalis supplicij: quẽadmodũ fur furtũ suũ inspicies· ꝛ ꝙincendum se de illo certissime sciens: nõ potest nõ timere suspendiũ· cuz de iusticia iudicis / atq; potentia nulla sit ei dubitatio· Sic ꝛ pctõr omis clare ac studiose peccata sua ꝛ vitia sua intuens: nõ põt nõ timere gehennale supplicium· cum certissimũ sit eidem se nõ posse latere: nec abscõdi ab oculis iudicis / cũcta cernẽtis· Et ignorare non possit eã esse iusticiam illius· q̃ in die vltionis nõ acquiescet cuiusq; p̃cibus· Nec accipiet ꝓ redemptione dona plurima· ꝓpter quod dixi: quia necesse habet timere in primis· Et ob hanc cãm dicit timor initiũ sapientie· Elicit aũt ab ipso pctõ vel vitio: p hoc qđ est penale siue puniendu ꝓ iusticiam dei: timor imminentis· Similiter p hoc q̃ turpe elicit pudor / eodem modo q̃ ipsum est iniuria: nobis vel a diabolo vel a nob ipsis irrogata· Elicitur ex hoc ira: que fm philosophum est inquisitor victorie: fm quosdã inquisitor vltionis· ꝓpter quod ꝛ dicta est ira aliqñ appetitus vltionis· Hec ẽ igit ira p quaz sibiipsi irascit penitens: volens cõtra seipsuz vlcisci iniuriam siue contumeliam creatoris: ꝛ mortẽ ꝓpriã· In quo manifestũ eũ executorem quẽdã esse ꝛ ministrũ diuine iusticie: contra semetip̃m· ꝓpter quod certũ est / ex ipius apli testimonio: ip̃m penitentẽ liberũ ꝛ imunem fieri ab ipso iudicio diuine vltionis· Jta nãq; dicit aplus· Q̃ si nosmetipsos diiudicaremus: nõ vtiq; diiudicaremur· si eñ vlciscemur in nobis dei iniurias ꝛ cõtumelias: q̃s cidẽ irrogauim⁹· Siliter ꝛ mortes ꝓprias animarũ nr̃arũ: nihil supeẽt vel restaret diuĩe iusticie in nob vlteri⁹ vlciscendũ p eandẽ viam q̃ oñe vitiũ ꝛ pctm̃ vuln⁹ spũale ẽ siue morbus· Elicit ex eo dolor· vel ꝓpt ꝟ q̃ m̃ dãnificũ ẽ siue dãnosum: eo q̃ p ip̃m ꝛ ꝓpt ip̃m ꝛ gr̃am ꝛ gloriã amittim⁹: Elicit etiã ex eo dolor alterius generis ꝛ modi alteri⁹· Nõ eñ eiusdem generis sunt dolor ex vulnere: ꝛ dolor ex damno· Bene aũt est penitẽti si ex vtroq; genere dolore doleat· sic tñ ꝛ quousq;· ꝛ quẽadmodũ ꝑdixi vt sanitatẽ animi dolor hmõi / querere

vrgeat: cureq3 medicinali ip̄m subijci faciat· Sic ꝛ se habet de dolore q̄ ee debet ei ex amissione tantoꝝ bonoꝝ gr̄e vicz ꝛ glorie· quem ad hoc sufficere arbitror: vt vere pn̄ialis dicē dus sit: si ip̄m penitentē ad recupationē ip̄oꝝ tanto ꝓposito incitet: vt ꝑm consiliū ecclesie ꝓ eoz ꝛ recupatiōe laborare velit atq3 ꝓponat

¶ Quid facit recognitio pctoꝝ· Ca· XXIII

L Vrta hūc modum: elicit ex ipo peccato/ horror tanq3 ex mortifero: iuxta testimonium q3 audiuisti in p̄cedentibus quo dictuz ē· Quasi a facie colubri fuge pctm̄· Venenata em̄ vel venena potius/ sunt omnia vitia et peccata· ꝛ ꝓpter hoc qui ea attenti⁹ intuetur: resilit ab eis/ quasi a mortiferis ꝛ venenatis Sic ꝛ odium ex ipsis vitijs ꝛ pctis elicit· cum q3 inimica sint q3q3 noxia peccātibus: studiose considerat· Et in alijs quidē hostib⁹: ad cōcitandū cōtra eos in nobis odiū: sufficit aspectus eoꝝ: cū credulitate/ qua credunt inimici nobis: vel hostes eē· Et est intentio odij nocere· Odium aūt istud nō quiescit vel cessat in q̄libet lesione vel nocumento: q3 ex peccato irrogat· ꝫ in solo exterminio ꝛ morte ipo Qua ꝓpter cū eousq3 inualuerit in penitente odiū hmōi: vt bellum contra pctā ꝛ vitia suscipiat: vel suscipe velit tanq3 iuratus in mortem ꝛ exterminium ip̄oꝝ: pfecto odio indubitant odit illa: pfecto in q3/ pfectione pn̄alis sufficientie· Nō em̄ maius odiū req̄rit de⁹ in penitente/ cōtra vitia ꝛ pctā: neq3 maius bellum q3 q3 exti mīare illa ꝛ mortificare sufficiat

¶ De pudore ꝛ erubescentia ex peccato· Capitulum XXIIII

Ab Vrta hūc modum:: ex aspectu vel inspectu potius vitioꝝ ꝛ peccatoꝝ: elicit ab eis pudor ꝛ verecūdia ꝑ hoc q3 turpissima sūt vel q3 est verius/ turpitudines vltra moduz erubescēde· ꝓpter q3 increpat ip̄e dn̄s deus aīam peccatricē: ꝛ potius peccatorē: qui peccare diu ꝛ multipliciter in oculis dei ꝛ hominum nō erubescit· ꝓpter quod dicit ad eam p Ihieremiā ꝓphetā· Frons mulieris meritricis facta ē tibi: ꝛ erubescere nesciuisti· Hic autem est pudor tunc sufficiens penitenti q3tuz capio: cū ad hoc ip̄m induxerit vt vitia sua et oīa pcta abscondere ab oculis dei ꝛ hominum: ꝓ consilio ecclesie sit paratus· Vel illis q3 pctm̄ suū q̄si zodoma p̄dicauerunt nec abscōderunt· Vbi sciendū est tibi· q3 trib⁹ mōis abscondit ignominia vitioꝝ ꝛ pctoꝝz· Primo discooperiēdo in cōfessione coram sacerdote Est igit cooptoriū ipsius: ipa discooptio eiusdem p confessionē· Si em̄ nos ꝑ confessionez sincerā sacerdotibus illa detegimus ꝛ reuelamus: illa deus ꝑ virtutem sacramēti confessionis abscondit ab oculis suis· Et q3to studiosius illa detegimus ꝛ discoopimus· tanto studiosius ille ea coopit ꝛ abscondit· Et de h̄ dictum est· Beati quoꝝ remisse sunt iniquitates: ꝛ quoꝝ tecta sunt peccata· Q3to aūt illa vel magis abscondimus vel negligentius in sacramento confessionis detegimus: tāto deus illa ꝛ manifestius/ ꝛ in maiorē confusionē abscondētiū/ illa nouissime reuelabit· Per eundē modū ex vitijs ꝛ pctis/ ꝓpter spurcitiam ꝛ fetulentiam ipsoꝝ: elicit abominatio: q̄ est fastidiū/ siue appetitus vomendi· Hanc āt abominationē tūc sufficientē in penitentib⁹ opinor eē: cum spūalem nauseā in his eousq3 ꝓuocat: vt vomere ea velint atq3 ꝓponant· hic aūt vomitus/ ipa eoꝝ cōfessio est· Spūaliter nāq3 ea tanq3 ore vomunt: cū p oris confessionē foras ꝛ in manifesto coram sacerdote illa ponant· nec magis humores noxij vel sordes: quecūq3 ore vomentiū ejiciunt/ a vētre vel stomacho: q3 vitia ꝛ pcta vomitu confessionis ejiciunt a corde· Et h̄ cū confessio integra sinceraq3 fuerit: ꝛ virtute sacerdotalī clauiuz consecrata·

¶ De indignatione a peccatis· Ca· XXIIII

L Vrta hūc modum: elicit ꝛ indignatio ab ipsis peccatis ꝛ vitijs ꝑ ipsoꝝ vtilitatem· nihil em̄ vilius cogitari potest īmo nulla ē vtilitas nisi hec· ꝛ nihil oīno vilescit nisi vitium ꝛ pctm̄· Quia igit vile nō solū est: sed parū vl nihil valet: īmo multo fortius deualet: vt ita dicat· hoc est dicere q3 nocet ꝛ minuit valorē habentis· Manifestū igit est vitiū vel pctm̄ nō solū vilissimū eē: ꝫ etiā longe deterius ipsa vtilitate· Attendens igit ipa anima humana nobilitatem ꝛ dignitatē suā: attendēsq3 ipam vilitatē vitioꝝ suoꝝ ꝛ pctoꝝ: nō pōt nō indignari ꝛ sibi ꝛ illis: cū videat ea tā indigna dignitate sua Et nō solum īmensurabiliter lon

ge esse a nobilitate sua: sed etiã contraria illi
& corrumpentia illã. Qua ppter abijcit illa a
se confestim: & fugit ab illis. Quẽadmodum &
regina inclita & magnifici cordis/ fugeret a lu
panari: tanq3 a loco regali dignitate indignis
simo. fugeret inq3 cũ aspernatiõe & despectu
Et hec est indignatio quã btũs Hieronymus
vocauit sanctã supbiam. quẽadmodum si hõ
magnifici cordis proijciat a se vincula/ vel cõ
pedes quib9 serui alligari solẽt/ aut opa ipsa
seruilia facere dedigneť. ¶ Scire tñ debes q
indignatio interdũ ira quedã est: & põt ꝓce
dere ex supbia/ & magnificentia cordis/ q̃ in
terdum sancta est. & sancta supbia nõ imerito
nominat. Ex hac igit erigit se & eleuat deo ad
iutore: imo eleuante mens humana sup vitia
& peccata: conculcat ea spũaliter. aspernatio
ne forti. Illud em̃ corde & quasi pedibus cor
dis calcamus seu cõculcamus: qđ despicim9.
Et indignatio ista sufficiens est ad pnialẽ iu
stificationẽ: cũ de imo subiectionis & seruitutis
vitiorũ & peccatorũ eousq3 erigit & exaltat pe
nitentẽ: vt sub pedibus cordis vitia habeat &
pctã: forti aspernatiõe. s. cõculcans ea. ¶ Per
viam eandem elicit artificio & virtute gratie
dei a vitijs & pctis: ipsa execratio eorũ. p quã
tanq3 ꝓphana/ vel potius tanq3 sanitati con
traria: oñimodeq3 ei aduersantia & repugnã
tia: longe eijciunt & proijciunt. Ita q̃ cor exe
cratione hmõi p̃ditũ: oñem attactum eorum
tanq3 sacrilegiũ repellat a se. Et attactũ vo
co: nõ solum desideriũ ipsorũ/ vel dilectionem
in ipsis. sed etiã cogitatũ vel delectationẽ ip
sorum. Illa nãq3 execramus: que tanq3 iniq̃ &
adeo contumelioſa a nobis repellimus. Iuxt
qđ dictũ ẽ. Execratio aũt pctõrũ cultura dei.
tanq3 em̃ sacrilegã & tanq3 nefariã eã a se re
pellunt: & ab ea tanq3 impietate fugiũt. Hec
aũt execratio ad pnialem iustificationẽ/ tunc
sufficiens est: cum ad hoc penitentẽ induxit:
vt a vitijs & peccatis se longe facere velit: tã
q3 ab his quibus nõ solum grauissime offendi
tur: sed etiã ab his qui ea faciunt: largissime
sepaŕ atq3 repellit. ¶ Nouissime vero p eandẽ
viam: elicit a vitijs & peccatis detestatio eorũ
p quam resilit ab eis quasi a maledicto & ana
themate. Et tanq3 ab his quib9 appropinq̃ns
oñis: in dei maledictionẽ incidit & anathema
id est sepationẽ ab ipso. & qb9 oñimõ cõicare
separi sit a deo. Cõicat aũt vitijs & pctis q̃ ea
diligit: vel in seipso recipit/ vel sustinet/ vl̃ eti
am cũ in alio sustinet. De oñi em̃ templo dei
expellẽda sunt vitia & pctã: tanq3 maledictio
anathematisata. Et ppter hoc nec in se ea su
stinere debet quis: vel in alio. Cũ ipse & quili
bet christianus templũ dei factũ sit. Hec igit
sunt decem aromata que nominaui: ex q̃bus
tyriaca sancte ac salutaris penitudinis confi
citur & condit. Et de ipsis vitijs & peccatis ad
iutorio diuino eliciunt seu colligunt. Iuxt qđ
dicit aplus. quia mittens deus filiũ suum in si
militudinem carnis peccati: de pctõ damna
uit peccatum. De ipso em̃ peccato in vere pe
nitẽtib9 elicit damnationẽ peccati. Elicit em̃
de illis vnũqđq3 p̃nominatorũ aromatũ. per
quorũ vnũqđq3/ oñis vere penitens dãnat
ppriũ in se pctũ. propter quod & sapientissi
mus ille/ & sanctus Dauid dicebat. Peccatũ
meũ contra me est semp. Facilimũ em̃ ẽ oñi
peccatori/ semp habenti vitia sua & pctã con
tra se: elicere inde ista aromata. Oñe em̃ vi
tiũ & pctũ: psemetip̃m & p sua vicz que ei ad
herent: vel q̃ ex eo sequunt: semetipsuz damp
nat & destruit. & per hec oñia vt non diligat:
& vt ab eo recedatur: magnis vocibus clamat
de ipso peccato/ testimonio veritatis arguit
spiritussanctus mundũ. eliciens ex ipso pctõ
decem conclusiones istas: quibus & peccato
ri simul cõcludit & pctõ. ¶ Pctũ igit est ipsi spi
spirituscõ locus quasi dialecticus. vñ inferẽs
istas sententias siue cõclusiones p occasionẽ
quãdã elicit. & pctis simul & pctõrib9 ꝓcludit.
Et pctũ mediũ ẽ spũiscõ: ad oñes conclusio
nes istas inferendas. Bñ aũt agit tecũ o pec
cator: qui p istas cõclusiones eousq3 artaris.
& eousq3 tibi concludit: vt ad x̄itatẽ vite redi
re cõpelleris: qui reditus seu reuersio non est
nisi penitudo ipa. & sequela penitudinis: que
pnia nominat. Verum scire debes qđ dixi de
cõclusionib9 istis: q̃ p similitudinẽ h̃ intelligo ad
ꝓclones disputatorias. Cõclusus em̃ dicit q̃s
vel ꝓclusum esse illi/ in disputationibus hmõi
q̃ finibus x̄itatis vt ait Aug9 ita circũclusus
ẽ: vt nullũ ei pateat a x̄itate refugiũ/ vel eua
sio. q̃n potius quocũq3 se vertat: nc̃ce habet ĩ
illud incidere. Sic se habet & de ipis vitijs et
pctis. quia solerter ac diligenter intuentẽ ea
pctõrẽ: ex oñi pte sic artant atq3 diffugãt: vt
necesse habeat ab eis recedere: vel fugere: &
in p̃nominatã x̄itatẽ incidere. Quapropter
mãifestũ ẽ: necessariũ eẽ ac saluberrimũ pctõ
rib9 pctã sua & vitia corã oclis suis h̃re sp. inde
cũ adiutorio diuĩe gr̃e tot medicamẽta salut
hauriri p̃it: tot aromata spũalia; q̃t nomĩaui

Capitulum XXV

tibi· Et cum vnūqȝq eorū attenderis studi=
osius ac intimius: inuenies nullū eē quod nō
aliquatenus ledat ac vulneret vitia ⁊ pecca=
ta/ interdū aūt etiam mortificet illa· Timor
eñ cum fortis fuerit/ expellit pctm̄· sicut dicit
Eccs· Nec solum expellit ipam opationē pcti
phibens eam eē in opatione: vel opante: sed
etiā ipam voluntatem opandi mortificat ⁊ ex
tinguit· Sic se habet ⁊ de ira/ ⁊ de pudore/ et
alijs p̄nominatis aromatibus· quia cū inua=
luerunt: aut ipa vitia aut pctā debilitant: aut
prorsus extinguunt· interdū etiā ipas cogita
tiones a cordibus humanis ꝓhibeāt· Ita eti
am vt nec cogitare nec peccare velit· Nec re
putandū est tibi leue vel modicū: si motus et
opationes pctōrū ⁊ vitiorū cessant: ꝓpter de
cem p̄nominatas dispositiones· Multum eñ
debilitatū est vitiū: cum ad hoc redactum est
vt mouere nō possit peccatorem: nō solū ad
op⁹ peccati: sed nec etiā ad voluntatē vel co=
gitationem ipsius· Manifestū est igit tibi
ex oñibus his qm̄ decē iste dispositiones attri=
tiue sunt vel etiam attritiones quedā veter⁹
hois· Ex quibus si eous inualuerint: sequit
contritio eiusdem: que ē mortificatio ⁊ anul=
latio ipsius siue victoria· Juxta consuetudi=
nem scripture que dixit· Cōtritos hostes po=
puli dei: cū ab ipo victi sunt· Qua ꝓpt summo=
pe intendendū/ vigilandū/ ⁊ modis oñi
bus pudendū/ ⁊ laborandū ē: vt iste dispos=
tiones: que ꝓculdubio dei dona p̄ciosa atq;
magnifica saluberrimaq; sunt: ab ipo ipetren
tur: qȝ indubitanter fict p iugem inspectionē
assiduāq; recogitationē impietatis atq; per=
nitiositatis/ feditatis/ ⁊ turpitudinis/ cetero
rumq; malorū: que vel ipsa vitia ⁊ pctā sunt·
vel p iustissimū dei iudiciū irrogāda sunt ipis
peccatoribus: ab eisdē recedere negligētib⁹·

¶ Quedam dispositiones corpis iuuantes
orare volentem· La· XXV

SQoniam autē
q multa sunt que oroni adminiculā
tur ⁊ validū etiā eidem p̄stent ad
iutoriū leuiaq; ipa sibi· Cōueniēs ē vt ea tibi
nominē ⁊ numerē· Dico igit q; vnū ex his est
positio seu dispositio corpis: qualis ē pstratio
ip⁹ corpis· genuflectio eiusdē· expāsio manu=
um· ⁊ eleuatio eorundē· siliter erectio oculoꝝ
ad celū· Jhis eñ nō ē dubiū· ⁊ vnoquoq; eorū
orationē adiuuari: vt deuotior ⁊ obnixior sit·
ꝓpter qȝ ⁊ ecclesia dei statuit ⁊ obseruat: vt
missarū celebrationibus sacerdotes expāsis
manibus orent· Presertim ab ea hora q̄ sur=
sum corda canit· Fit aūt in rememorationez
dei ac dñi nr̄i iesu christi q̄ expansis manibus
⁊ semetip̄m ⁊ orationē suā/ in ara crucis obtu
lit: hui⁹ sacrificij ⁊ oronis rememoratio ⁊ est/
⁊ fit in missa· ¶ Qrtū ego aūt video: illa dispo
sitio corpis vnicuiq; in orone sua ⁊ habenda
⁊ cōseruanda est: ꝓ quaz adiuuari se maxime
sentit· Scio nāq; genuflectionē quibusdam
eē impedimētū oroni· Similiter ⁊ crebras genu
flectiones/ laborioſe nāq; sunt· ⁊ ꝓpter h̄ de
cogitationib⁹ nō nihil in se rapiūt· Et ob hāc
cām cor humanū ad deū totaliter colligi nō
sinunt· ꝓpter qȝ omniū dispositionū corpo=
ris mihi cōuenientior videt esse accubitus· q̄
incūbit sub podiaculo alicui maxime ex parte
sinistra· magis eñ quietat corpus magisq; li=
berū p̄mittit eē cor in cubitu hmōi Quinimo
expedire mihi videt orantibus: vt quieto cor
pore ab oñi molestia: et libero corde ab oñi
mala distractione: seu solicitudine sint in ora
tione· sicut scriptū ē de iosophat· q̄ timore p=
territus: totū se cōtulit ad orandū dñm· Da=
uid aūt prudentissime intelligens: quia cogi
tationes cor humanum rapiunt: interdū q̄si
violentia quadā· Interdū aūt ⁊ furant ipsuz
etiam sibijpsi· tanq̄ eñ sibijpsi pdit: si cogita=
tione aliqua auertit ab ipa intētione ⁊ atten=
tione oronis: ⁊ nescit vbi sit aut quo deuene=
rit· ꝓpter quod dixi furant cogitationes hmōi
cor humanū· Furant inq; ⁊ surripiunt sibijp̄i
ita vt illa hora ⁊ vbi sit ignorat: ⁊ q̄ male· q̄q;
indecenter se habeat: oñino nō videat· Et p
pter hoc dixit· Hunc inuenit scru⁹ tuus cor su
um vt oraret te oronе hac· Jnuenit inq; tāq;
pditum prius· Quid eñ aīe rōnali indecenti
us: q̄q; ab ope cui summope insistendum est
eidem morsu muscę vel pulicis rapiatur· ⁊ vt
ab ipso deo cui ex totis intimis suis adheren=
dum est: etiam tactu pedis vnius muscule ab
rumpitur· Quid eñ turpius q̄q; neglecto tam
necessario/ tanq̄ salutari opere: videlicz oro
nis tam arduo tanq̄ discriminoso negocio:
causa videlicet qua de vita eius agitur: vt de
morte· ſ· effugiat: ⁊ recedat ad vitam: sequi
musculas cogitationum huiusmodi: eisq; cir
cūferri ita vt de eis ludere videamur· Jhe sūt
aues quas Abraam abigebat a sacrificio· nec
ignotum tibi eē debet oronē eē sacrificiū iuxt
modū quē doceber⁹ i sequētib⁹· Jhe sūt muscę

Capitulum XXVI

morientes·que teste Salomone in eccleſia=
ſte·c·vj·Perdunt ſuauitatē vngenti·quod·ſ·
vngentū eſt oro·Eſt em oro vngentū·ſic fa=
ciam te ſcire in ſequētibus oēs dolores cor
dis mitigans·oēs morbos eiuſdē vulnera
ſanans/mira t incredibili ſuauitate pfundēs
illud atq letificans·ſup oīa etiā aromata/
flagrantia·ſuauitas redolens t ſpirās·hmōi
aūt ſuauitatē nō dico meritū vel ſubſtantiaz
pdunt muſcule antedicte·Nō em patiuntur
cor antedicta ſuauitate pfundi·Nec ipaz ora
tionē eē delectabilē aut iucundā·Et de his fa
ciam tibi certitudinem in his que ſequuntur
poſt hec·Tu igit erubeſce/abominare/t ab=
horre nō ſolū in ſacrificio oronis ſed etiam in
oīni alio ope/muſcarū hmōi agmina in corde
tuo ſedere vel volitare·Ne tibi dici poſſit: q
beelzebub es·qđ interptat vir muſcaz·Auer
te cor tuū a muſcis hmōi·t ne exponas illud
comedendū t inqnandū eiſdem·ſicut qbuſ=
dam moris eſt: qui tanta deſidia atq ignauia
pigreſcunt·vt exmuſcare ſe·t muſcas hmōi
a cordibus ſuis abigere vel nō valeant vl nō
velint·¶ Protegendū igit eſt cor t operien=
dum qđdiu in egypto pſentiū tenebrarū atq
mortis viuimus a muſcis hmōi·Egypt nāq
iſta muſca grauiſſima diuerſi generis ſupabū
dat·Qua ppter quēadmodū decaluatis hoi
bus muſce lr̄ales infeſte ſunt: t plurimū mo=
leſte·Sic nudis a ſanctis cogitationibus t af
fectionibus aīabus: bellum cōtinuū indixere
muſce iſte ſpūales·Aut igit ex muſcatorio at
tentiſſime atq cōtinue diſcipline: neceſſe ha=
bes muſcas iſtas inceſſanter abijcere: t te ab
impulſationibus earum defendere·Aut ca=
put tuū ptegere atq ſemp tenere ſcā aliqua
t forti occupatione·Sola em corda ocioſa pa
tenter expoſita ſunt inqnamēt t aculeis mu
ſcarū hmōi·Reminiſcere autē quia ſpūſſcūs
abominat t effugit cor muſcoſum·i·plenum
ſeu occupatū muſcis hmōi·ppter qđ ſcriptū
eſt in libro Sapiē·qr ſpūſſcūs diſcipline au=
feret ſe a cogitationibus que ſunt ſine intel=
lectu·Manifeſtū etiā eſt tibi·oīni homini di=
ſplicere in habitaculo ſuo muſcarū multitudi
nem atq frequētiam·q̄to magis ſpirituiſcō
diſplicet abominanda iſta muſcoſitas in cor=
de humano·quod eſt indubitāter habitaculū
ſpūſſancti baptiſmali/ſcificatiōe ſacratū·Re
miſci etiā debes ſermonis quē dixit de ſeipſa
ſapiētia eterna: que ē chriſtus dns·Ego inq̄
ſapiētia/habito in cōſilio/t eruditis interſuz
cogitationibus·Aberito etiaz totis ſtudijs t
viribus vacandū t inſiſtendū ē eruditis cogi
tationibus vnicuiq fideliū: vt pſentem habe
at in corde ſuo chriſtū dnm: qua pſentia quid
ſalubrius? quid iucūdius? quid beatius cogi=
tari pōt aie humane/illā vel modicū ſentiēti·

¶ Petitio lachrymaz ex peccatorū recorda
tione vel ſpiritualis mentis· La· XXVI

Et aliud adiu
e torium validiſſimū: t inexpugna
bile oronis lachrymoſitas vel la=
chrymarū pfluuium·Dicit em expoſitor lib·
thobie·q oro deū lenit·lachryme vero cogūt
ipſum miſereri·Lachrymoſa igit oro: nō ſo=
lum placita ſeu placida eſt deo: imo etiā vio=
lenta in ipm·cum ei cedere vel ſuccūbere ne=
ceſſe habeat: inuincibilis vſq̄q̄q̄ oīnipoten/
tiſſima creatoris virtus·Qua ppter tota dili
gentia/totiſq̄ conatib⁹ exq̄rēde ſunt lachry
me orantibus·Et intendo q ſunt exq̄rende
duobus modis·vicz t petēde ab ipo actore et
largitore largiſſimo bonorū omniū deo·t mo
dis quos tibi hic exponā procurande·Peten
de ſiquidē vt donū gratuitū diuine bonitatis
Quēadmodū em gaudiū in ſpūſcō: ē vnum
de donis t fructibus ſpūſſancti·Sic t donum
luctus ſiue lachrymarū piarū: nullatenus du
bitandum eſt eē donum dei·Quēadmodum
igitur ſicut audiuiſti in p̄cedentibus ex vbis
beati Greg·quia ire dei tunc reſiſtit: cum ip=
ſe qui irascit opitulatur·Sic t ab eodem pe=
tendum eſt oīne adiutorium: per quod ire re
ſiſtatur eiuſdem: t exp̄ſſe ac confidenter·Di=
cendum eſt ei·Dne muſcōie qui miſereri pori
us eligis q̄ irasci: t cui sp magis placet pcere
q̄ vlciſci·qui vis nō ſolum vt reſiſtat ire tue:
ſed etiam teneri vis t teneri te facis ab eis q̄=
bus das vt miſericordiam tuam obnixe deuo
teq̄ dep̄centur·Da mihi illud validiſſimū cō
tra iram tuam adiutoriū·ſ·piarū lachrymaz
profluuium·Impigua ſacrificium orationis
mee·t irriga piarum lachrymarum aſperſio
nib⁹: cui cogi etiā ad miſerandū ſp placitiſſi=
mū ē·Da hāc vtutēr fortitudinē oroni mee q̄
te teneat/t auertat ab ira tua q̄ te placitet et
cogat etiā miſereri·Da piarum t ſanctarum
lachrymarū copiā: q̄ t extīguat ire tue ic̄ēdiū
t ardores ſempit̄nos·q̄s vitijs t pctis merui
t ipos ardores ꝯcupiſcētiarū t aliarum peſti
um cordis mei·Dne muſcōie: cui nūq̄ p ſe pla

Capitulum

cent vel hi vel illi ardores· ⁊ cui semp placet eorũ extinctio· da capiti meo aquas· ⁊ oculis meis fontem lachrymarũ: quibus extinguãtur ardores isti· sic petebat hieremias· Domine misericordie q̃ percussisti petras in deserto ⁊ fluxerunt aque· torrentes inundauerunt· pcute cor meũ qđ ⁊ aruit· qđ ⁊ obduruit in petrã durissimã· pcute inq̃ gladio verbi tui penetrabiliori omni gladio ancipiti· pcute inq̃ ⁊ transfige in intima· ⁊ trãsuerbera in profundissima sua: vt medullitus ⁊ ex toris intimis suis doleat· tunc eñ erũpent torrẽtes piarũ lachrymarũ ac sanctarũ· Dñe misereie expandi manus meas ad te· qm̃ aia mea sic̃ terra sine aqua tibi/ sitiẽs scz imbrẽ lachrymarũ: ⁊ exitus aquarũ deducere p seipsaz totã hoc est p oñes ptes vite sue: ⁊ per omnes etates scz gradus ⁊ officia: in quibus non custodiuit
Z sacratissimã ac saluberrimã legẽ tuã· Dñe misereie quot ⁊ quãris caris meis hoibus impendi istud humanitatis officium: vicz vt de morte eorũ dolerẽ inconsolabiliter· ⁊ vt mortuos ipos lugerez lachrymabiliter· Da obsecro vt mihi istud impendã corã te/ vt vicz de ipsa morte mea spũali que incõpabiliter moribus illis carorũ meorũ est deterior: magisq̃ lugẽda· Doleã p magnitudine illius· ⁊ luctu acerbissimo meipsum / morte ista turpissima mortuũ/ lugeam corã te· Dñe misereie q̃ turpe· q̃q̃ indecens est ⁊ q̃ mihi pnitiosaz mortem meã cogitare corã te/ ⁊ me mortuum cõspicere· aiam meã scz in feretro seu sepulchro corpis mei iacentem mortuã conspicere· et h̃ corde tepido ⁊ nullo dolore tacto· atq̃ siccis oculis· qđ est dicere nullis inde lachrymis p fluentibus· Dñe misereie/ tãta duricia tãtaq̃ aridítate oculoꝝ/ nõ possem intueri cadauer alicui⁹ ex caris meis· Unde igit̃ ista insensibilitas atq̃ peruersitas cordis mei: vt cadauer anime mee mortuũ absq̃ dolore acerbissimo ⁊ luctu conspiciam· Et quod est ad cumulum malorum meorũ: tanto mihi magis dolendũ esset de morte anime mee: q̃to min⁹ de ea doleo: tanto nãq̃ longius sum a vita ⁊ salute ipsius: q̃to minus mortẽ ⁊ vulnera eius sentio Et ego miserrimus tanto minus inde doleo: ⁊ inde minus vel potius minime· cũ inde maxime dolẽdũ esset· Dñe misereie· scio qz mortu⁹: nec semetip̃m vicz mortuũ: nec aliũ mor-
A tuum lugere vnq̃ potest· Uiuorũ eñ solorũ semp est lugere mortuos· quoruz mortẽ siue ipsos mortuos: vel vident vel audiunt mortuos esse· Et hoc vtiq̃ operatur in eis ipa naturalis attinentia siue propinquitas· In hoc igitur manifeste cognoscere deberẽ me mortuum esse· q̃ mortem meam non lugeam· Incompabiliter enim plus sum mihi: q̃ aliquis alius: qua ppter incompabiliter acerbius ipsum lugerem ex morte ppria si in hoc permitterer· Lugerem inq̃ ex affectu vel affectione gratie: q̃ quẽcũq̃ ex caris meis affectiõe vel propinquitate nature· Da dñe misericordie etiam dona gratie tue: vtcũq̃ video ⁊ mortẽ meam: vtcũq̃ de illa doleaz· sed dolore adeo exili adeoq̃ exiguo: vt non ex illo me viuum vel viuere p̃sumere audeam· Certissimum tñ est mihi non vsq̃quaq̃ extinctam esse gratie tue vitam in me· sic enim videre: ⁊ sic dolere procul dubio vite est: licet exigue ⁊ exilis/ ⁊ viuentis vicz exigue ⁊ exiliter/ ad vitam plene gratie atq̃ perfecte· Jam igitur cepisti intantũ ⁊ totetenꝰ viuificare me· ꝑfice obsecro domine misericordie tante pietatis atq̃ mihi necessarium inceptũ: ne permittas in ipso cepto istiꝰ vite initio me suffocare· ⁊ in mortem pristinam recidere· Uides in me aliquẽ habitum iam tue inspirationis· Inspira vlterius in me spiraculz vite tue· Insuffla in me largius spiritum sanctum tuum· donec fiat in animam perfecte viuentem vita gratie tue·
L ꝑfice in me dolorem interiorem quo sentiam tot ⁊ tanta mea mala: que medullitus ⁊ ex toris intimis meis in conspectu misericordie tue doleam· tunc enim erũpent ex corde meo lachryme salutares/ veri nominis videlicet de laceratione mentis mee· Inde enim lachryme nominate sunt: quia de anima lacerata te percutiente scz ⁊ lacerante profluunt Tu enim es domine qui sic vulneras ⁊ sic mederis sic percutis· et manus tue sanant· Uulneras vtiq̃ gladio acutissimo verbi tui mentem humanam: lacerans dolore penitudinis ⁊ lachrymis sanãs· ℭ Domine misericordie dolore isto et lachrymis satisfaciens iusticie tue: vindicta nobilissima qua meipsum torem ⁊ lictorem meum atrocissimum efficias· Ita non frustra lacerem: quin potius totum me comminuam ⁊ conteram· Nihil integrum quod in omnibus que displicent bonitati tue permittas esse vel viuere in me: sicut Dauid dixit· Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti· Hoc tãtum est gratia tua: ⁊ hoc est gratie tue virtus que gratia dicit̃· Szt cum deder⁊ mihi lachrymaz hmõi

piarũ ꝑfluuiũ·vt lutũ platearũ delebo inimi
cos illos·i·totam cateruã opationum/ locuti
onum/affectionũ/ꝛ cogitationũ·q̃ in me mi=
litabãt aduersus aiaz meã·Quẽadmodũ eñ
inundatio pluuialis lutũ de plateis emũdat
ꝛ diluit ab illis·Sic inundatio lachrymarum
mearũ totã fetulentiã vitiorũ ꝛ pctõrũ meoꝝ
diluet/ꝛ delebit omnesqꝫ feditates vite mee·
Oñes grad⁹ ꝛ officia que illis inq̃nata erãt
emundabit·Renouabis in me miraculũ ꝑ fi=
guram iucũdissimã ꝛ admirabilẽ·vicz sb̃mer=
sionis Pharaonis:ꝛ totius exercitus illi⁹ sb̃=
mergens in mari rubro·i·in aquis amarissi=
mis lachrymarũ mearũ·oñem istam milicĩã
diabolicã que militauerat aduersus animã·ꝛ
oñem istum exercitũ scz egyptiũ·hoc ẽ tene=
brarum ꝛ mortis reducens sup eos aq̃s ma=
ris·i·lachrymas copiosas ꝛ inundantes ama
D rissime penitudinis· Dñe miscȯie q̃ oĩa ad
nutũ ꝛ liquidũ intueris·an possum ego dedu
cere aquã de petra aridissima atqꝫ durissima
cordis mei:Hoc eñ ipe Moyses ꝓposuit fi=
lijs israel dicens·Audite rebelles ꝛ incredu=
li·nunq̃d de petra ista poterimus vobis edu=
cere aquas·Educere poterat vtiqꝫ/ꝛ potuit
nõ ꝑ se neqꝫ virtute sua·sed potuit ꝛ fecit per
te dñe miscȯie ꝛ ꝑ oñipotentissimã ẋtutẽ tuã
Sicut igit̃ affuisti Moysi seruo tuo/ ꝛ fecisti
in eo ꝛ ꝑ ipm grande illud miraculum/q̃ edu
xisti aquã de petra/ꝛ abierunt in sicco flumia
Sic adesto mihi ꝛ opare ꝑ me ꝛ in meipso vir
tutem·cui⁹ illud miraculũ figura pulcherria
fuit·ꝑcute igit̃ dulcissime miserator meus pe
tram istam aridissimã ꝛ durissimã:ꝛ fac in sic=
co isto cordis mei abundanter abire flumina
lachrymarũ·Ne ꝑcas obsecro a dira ꝛ dura ꝑ
cussione petre isti:que nõ solũ ꝑcuti digna est
sed etiã cõfringi atqꝫ cõminui·CEffunde do
mine miscȯie fluenta lachrymaꝝ sup aridam
mentẽ meã·Sic̃ ꝓmisisti ꝑ Esa·ꝓphetã tuuz:
fac etiã eam terrã irriguã quã cõspicis mise=
rabiliter arentem·Da mihi irriguũ istũ/ imo
da mihi vtrũqꝫ irriguũ sup⁹ vicz ꝛ inferius·
vt nõ solum ab inferiori·i·ab inferno ꝛ doleã
ꝛ fleam ꝑ eo scz q̃ me expectant tormenta in
fernalia·imo etiã ꝑ amissione supnorũ gaudi
orum·i·celestiũ·Fac eam obsecro sicut ortuz
irriguum cui⁹ aque nõ deficiunt:ne deficiant
cordi meo· Dñe miscȯie riui piaꝝ ac saluber
rimarum lachrymarũ tãdiu mihi sint saluta=
res q̃z diu mihi prodesse pñt·q̃z diu tanta ẽ vir
tus earum ꝛ gratia/ne reserues obsecro gra

tias eterni fletus:qui nulli prodesse poterũt·
De quo fletu dixisti· Ubi erit fletus ꝛ stridor
dentium·Da mihi fletũ q̃ nõ solũ mihi saluta=
ris est:tibiqꝫ placitus:ꝛ irã tuã placans/ licet
iustissimam·sed etiam beatitudo est·sicut tu:
ipse testatus es dicens·Beati qui nũc fletis
qm̃ ridebitis·Da mihi lachrymas que semĩa
sunt phenniũ gaudiorũ:in quibus qui nũc se
minant:in exultatione metẽt·Da mihi luctũ
ꝑ quo daturus es gaudiũ·Da mihi spm̃ me=
roris:ꝑ quo daturus es pallium laudis·Dñe
miscȯie da mihi sic ꝓuidere infernũ vt ꝓuisio
eius gratiã compunctionis mihi prouocet·h̃
eñ dixit de te doctus doctor magnus Greg⁹
Dñe miscȯie magnifica ꝛ mirifica simul me= 5
cum miscȯiam tuam dulcissimã:iuxta moduz
quo eum magnificas ꝛ mirificas:cum latro=
nibus ꝛ alijs sceleratis:qui cum vident se iu=
xta modũ delicti sui· sibi paratũ incendiũ vel
aliud patibulum·ꝓcidunt ad pedes iudicis/
seu ꝓfecti clamantes ad ipm̃ pre vehementia
timoris pariter ꝛ doloris de ĩminẽti sibi mor=
tis supplicio·Clamantes inq̃z nõ solũ obnixe·
sed etiã supra modum diserte:flagitantes mi
sereri sibi iudicẽ·CDñe miscȯie nullũ habẽt
ibi doctorem:qui eos supplicare doceat ꝛ pre=
cari·nõ habent librũ quem inspicientes/acci
piant inde dissertitudinem illam dep̃catiõis·
Nõ est ibi fons vel puteus vel aliud vñ aquã
hauriant lachrymarũ:solum patibulũ quod
lignum aridum ẽ aspiciunt·solũ incendiũ vel
aliud sibi paratum attendunt supplicĩũ·Inde
accipiunt desiderabilissimã mihi ꝛ similibus
mihi peccatorib⁹ dep̃candi dissertitudinem·
Inde hauriunt vbertatẽ largissimam lachry
marum·Inde placãt iudices suos·Inde dat̃
eis plerũqꝫ venia/ꝛ ignoscit̃ eis merite mor=
tis supplicĩũ·Fac mecũ similem obsecro mise
ricordiam:vt de infernali patibulo:ꝛ de gehẽ 6
nali incendio:silĩem dissertitudinem accipiam
ꝛ similem copiam lachrymarum procidẽs co=
ram te supplicansqꝫ/et ex totis p̃cordijs meis
poscẽs a te domine iesu christe: qui iudex me
us es:imo omnium viuorum iustissimus pa=
riter ꝛ clementissimus·Poscẽs inq̃z/vt igno
scas mihi ꝛ culpas quas cõmisi:ꝛ penas om=
nes quas merui·mirifica mecum magnificaz
misericordiam tuam in hoc· vt de ipso tam
arido infernali patibulo colligam dignos fru
ctus penitentie /de eternis flammis et tene
bris·aquas frigidissimas lachrymarum/que
omnes ardores concupiscentiarum mearũ/

Capitulum

irarum/ odiorum/ꝛ aliarũ peſtiũ quib⁹ tam damnabiliter arſi: totuſq; vaſtat⁹ ſum: extinguere preualeãt· Da mihi de morte iſta eterna ꝛ infernali viuiſcere p timorem ipſi⁹ ꝛ dolorem: qui mihi eẽ debet p eo q eam tã multipliciter tãq; execrabiliter merui· Da mihi igne infernali extinguere ipſius incendia·

Hec enim ſunt glorioſa miracula omnipotentiſſime virtutis ꝛ miſericordie tue: quib⁹ de tanta tãq; horrifica morte eternali vitã elicis penitentibus vt de tantis tãq; formidandis incendijs ſaluberrimũ refrigerium preſtent ſibijpſi: mortẽ eternam conuertens eis in eterne vite anthidotũ: p gratiaꝫ penitudinis· ꝛ ipſum ignem eternũ in refrigerium et extinctionem eiuſdem· ſalutarem inde eis efficiens medicinã· Sic dñe miſcõie mirificas miſericordias tuas in eos: quos p gratiã penitudinis reuocas· reducis ꝛ conuertis ad te

h e ſunt miſcõie mirificentie miſcõiarũ tuaꝫ quas petebat ſapientiſſimus et illuminatus a te ſcũs Dauid cum dicebat· Mirifica miſericordias tuas qui ſaluos facis ſperantes in te· Quid eñ mirificentius cogitari poteſt: q̃ mortuorũ ſeu morientium virtus adiutoriũ: vt ipſa ſeipſam vincat· Nõ eñ refert an dicat mors ipſa ſe vincere/ an penitentes mortem ipſam morte mederi· Igit dñe miſcõie p ipſam mortem infernalem: p ea moriturũ: et ipſo igne eterno: extinguis illum penitentibus

h Iſta dñe miſcõie tanta glorie tue tãq; ſtupenda miracula atq; magnalia· Placeat tibi operari in me· Aperi igit oculos cordis mei: ꝛ illumina eos: vt parata mihi iuſtiſſimo ſpq; ac p oñia laudando iudicio tuo ſupplicia videam ꝛ intuear: cum debito timore pariter ꝛ dolore· tũc eñ verteret mihi in medicamenta ſalutis· tunc mors illa eterna erit mihi in vitaꝫ ꝛ incendia in refrigerium· ꝛ ignis ille inextinguibilis in aquã frigidiſſimam· Dñe miſcõie ſatis apparere poteſt mihi quia velata facie: ꝛ velatis oculis ad infernale ducor ſuſpendiuꝫ ſi tam ꝓpe poſitus illi patibulo: illud videre nõ valeo· Si eñ illõ videre: qũo nõ oia hmõi bona mihi p illud occaſionaliter fierẽt te adiuuante· qui latronibus ꝛ alijs ſceleratis fiũt p inſpectionẽ lꝛalis patibuli· Dñe miſcõie eleua oculos meos vt reuelata facie intueri poſſim paratum mihi eternale ſuppliciũ· vt inde colligam ſaluberrima illa medicamẽta q̃ dixi Propter hoc eñ ꝛ tuipſe rex ſolus ꝛ dñs ſanctorum· tu laus ꝛ decus omniũ: velari faciem tuam ꝛ oculos tuos inſtar latronis paſſus es vt nos ſpũaliter ꝛ interi⁹ ſic velatos ꝛ ad eternale patibulũ ſic ductos reuelares· ꝛ reuelata facie eterna ſupplicia ad q̃ ducebamur videremus vt reuelata facie mirabilia· De lege tua conſideraremus: ꝛ gloriã tuã reuelata facie contemplaremur· De via illa ſcz qua ducebamur ad infernale patibulũ ꝓ nr̃is latrocinijs alijſq; ſceleribus ſubijſti· Illumina obſecro dñe miſcõie oculos cordis mei: vt videre tot ꝛ tanta mala culparũ· ſ· ꝛ penarũ mearum preualeam· Qui eñ videtes tot ꝛ tanta mala cuiuſcũq; alteri⁹ nõ dolere ꝛ nõ luge re poſſunt: q̃to fortius mea ꝓpria abſq; dolore ꝛ luctu acerbiſſimo videre non potero·

Dñe miſcõie tu p̃cepiſti p ꝓphetam tuũ dicens vnicuiq; peccatorum qui reuerti cupiat ad te· planctũ fac vnigeniti· Hoc igit qõ iubes me facere· ꝛ ſcis me non poſſe facere: niſi munere magnifico miſcõie tue p̃large· Da vt faciam ſicut dicebat ſanctus ꝛ doctus a te beatiſſimus Aug⁹· dicens· Dñe da quod iubes ꝛ iube quod vis· Tu dñe miſcõie p̃cepiſti ſimiliter· Plange quaſi virgo ſup ſpõſum puber tatis tue· Scio dñe te docente· quia ꝛ incomparabiliter longe acerbior ꝛ planctus ꝛ luct⁹ cõgruit miſerie mee tu eñ es dñe ſponſus infantie mee: qui aiam meã in ſacramento baptiſmi deſponſaſti· ꝛ illaꝫ regali matrimonio honoraſti/ ꝛ exaltaſti illam vtiq; pauperrimã viliſſimã/ miſerrimã/ omniq; bono tunc indigniſſimam/ cui⁹ matrimonij tam incliti tã nobilis: fidem nõ ſeruauit anima mea oñi damnatiõe digniſſima· Rupit tibi fedus tam ſnblimis matrimonij· amiſit te incogitabilis glorie ſponſum· adulterata poſt diabolum qui ẽ mors· ꝛ q̃ tãta tam ſacrilegi adulterij impietate nõ meruerim· quis illam expiare ſufficiat: que ſupplicia excogitari poſſunt: quib⁹ illa ídigna nõ ſint· Tu ergo dñe miſcõie cui adeo placite ſunt lachryme penitẽtiũ· tui adeo acceptus eſt luctus eorum: cui dolores interne ac vere penitudinis: p peccatis ꝛ delictis eorum ſatiſfaciunt· Cui⁹ iram iuſtiſſimam extinguunt ꝛ placant lachryme cõpunctiõis eorũdem· Da mihi obſecro dolores iſtos· da luctũ iſtum ꝛ lachrymas qui ſcis te nõ poſſe placari mihi· ꝛ me nõ poſſe placare tibi: niſi donis gratuit⁹ miſcõie tue· Nec poſſe redire ad ampliſſimum copioſiſſimum dulciſſimumq; ſinũ miſcõie tue: niſi p hec mihi tam ſalubria/ tam mihi neceſſaria/ tãq; placita dona pietatis et

dulcedinis tue· Absit a te dñe miscõie vt do-
lores istos mihi deneges: qui eterna gaudia
mihi promittis: ⁊ offers· Absit vt lachrymas
istas saluberrimas petens: repulsam patiar:
qui aquã vite/ ⁊ torrentẽ phennis voluptat⁊
mihi promittis· ⁊ ad illam me ⁊ p prophetas
⁊ p temetipm inuitare nõ cessas· Tu eñ dixi
sti p prophetã tuũ Esa· Oñes sitientes veni
te ad aquas ⁊c· Ad aquas íncp doctrinarum
gratiarũ ⁊ lachrymarũ· Uñ ore tuo sacratis-
simo in euãgelio Joh̃is dixisti· Qui sitit veni
at ad me/ ⁊ bibat aquã vite gratis· Dñe mise
ricordie si dolores istos denegas mihi: q̃ fron
te vel audacia sperabo a te eterne felicitatis
gaudia?· Si lachrymas amarissimas mihi p-
stare nõ dignaris: quales sperare potero vel
audebo a te dulcissimas aquas torrentis vo-
luptatis tue· Dñe miscõie istam sitim pnialiũ
lachrymarũ tu dedisti mihi in corde meo· hãc
esuriem panis similiter· Da igit ⁊ mihi satura
ri ex ipsis· Iste nãq luctus quo esurio ⁊ sitio·
iusticia tua est: qua nõ solũ iusticias sed etiam
iustificas penitentes· Dñe miscõie tu pmisi-
sti ore tuo sacratissimo in euãgelio tuo esuriẽ
tibus ⁊ sitiẽtibus iusticiã: qm ipi saturabunt·
Adimple in me pmissionẽ tuã: qui p̃donasti
mihi istã esuriem ⁊ sitim istã· Dñe miscõie· la-
chryme iste sunt vinũ cõpunctionis: hoc vino
pota me: hoc pane lachrymarũ pasce me· Tu
eñ es qui das escam esurientib⁹ ⁊ nõ minus
potum sitientibus· Tu eñ p̃cepisti vnicuiq
pasce esurientẽ: pota sitientẽ· Exurge dñe de
us meus in hoc p̃cepto quod mandasti: ⁊ ad-
imple illud in me· Fac mihi lachrymas istas
panes die ac nocte· sicut fecisti Dauid ppter
qõ ipe dicebat· Fuer̃t mihi lachryme mee pa
nes die ac nocte: qõ est dicere refectiones· Li
ba me pane lachrymarũ/ ⁊ potum da mihi in
lachrymis ⁊ in mẽsura magna vtiq ⁊ larga· ⁊
magna quippe ariditas mentis mee/ magnã
irrigationẽ requirit/ ⁊ magnis sordibus ablu
endus· magna copia lixiuij ẽ opus/ ⁊ magno
rum incendiorũ extinctio· Nõ nisi magnaru
aquarũ supeffusionibus effici põt· Uel da do
mine miscõie mihi potũ in lachrymis: in men
sura quacũ q̃ siue q̃tacũq̃ bñplaciti tui· Ui-
deo me grauiter deliquisse ⁊ peccasse: cuz de-
negas mihi potus in lachrymis in mensura·
quẽadmodũ fieri mos est in monasterijs vbi
grauiter peccãtibus monachis subtrahit mẽ
sura vini que vulgo dicit iusta· Dira ⁊ dura ẽ
ista vindicta: qua tam grauiter infirmanti· tã
periculose egrotanti subtrahis vel denegas
hanc medicinam salutis/ ⁊ panem suauissimi
odoris· Dñe miscõie si placẽt tibi dolores isti
interne ⁊ ve penitudinis: ⁊ si reputes eos vin
dictam iustã· Da eos mihi q̃tũ acerbos volu
eris· Da eos pfundissimos ⁊ intimos: ita vt
si placeat tibi totus imoriar doloribus hmõi:
totus dissoluar ⁊ abeã totus in lachrymas· ⁊
hoc fit mihi consolatio de imensitate pietatis
⁊ dulcedinis tue/ vt affligens me dolorib⁹ ist⁊
nõ p̃cas mihi vsq ad mortẽ corpis mei· Dñe
miscõie nõ fuit a seculis pctõr adeo scelerat⁹
adeo execrabilis· adeo bonitati tue odibilis:
q̃n vna morte corpis sui si eam cum amore et
honore tuo sustineret: eãq tibi offerret: om-
nia scelera sua atq facinora non expiaret/ et
iram tuã iustissimã quãtacũq aduersus eam
excãdesceret: nõ extingueret ⁊ placeret· Do
mine miscõie hanc mortẽ nõ audeo mihi in-
ferre nec manus mihi injcere: verũtñ deside
rio est mihi: si esset bñplacitũ tuũ in gladio vbi
bi tui/ totus confossus corde/ totusq vulne-
ratus doloribus istis: viuificis pnialibus· s· p
acerbitate eorũ corpe morerer ⁊ corpus meũ
morte hmõi morere ⁊· Accidit plerũq domie
miscõie vt moriant hoies morte corpis· p do-
loribus ⁊ tristicijs seculi hui⁹· Utinam ⁊ mihi
dare ⁊ a te vt ĩmorerer doloribus istis pniali-
bus tam tibi placitis/ tam mihi salutaribus ⁊
necessarijs· Dñe miscõie mihi tam gratũ fuit
ppter bonitatẽ tuã desiderare mori/ etiam p
te morte corpis: que p̃secutorũ gladijs infer-
retur: quãto igit gratior tibi esse debet ⁊ ẽ in-
dubitanter mors ista: quã desidero mihi infer
ri gladio vbi tui: cruciatusq ⁊ dolores isti pe-
nitudinales· Et si igit nõ est bñplacitum mi-
sericordie tue vt vsq in mortẽ corpis doleam
doloribus istis: placeat obsecro pietati tue vt
doleant vsq ad effusionem largissimã lachry
marum: ⁊ eousq vt exitus aquarũ deducant
oculi mei· quia nõ custodierunt legem tuam·

Dñe miscõie da mihi sic cognoscere· sicq iu-
giter intueri tot ⁊ tanta mala mea/ detrimẽ-
ta sc ip̃arũ/ viriũ naturaliũ mearũ: que abusi
onibus ope ⁊ ita lese ⁊ vulnerate sunt· Detri
menta gratiarũ tuarum que pilla amisi ⁊ ex-
tinxi in me· etiam detrimẽta glorie eterne he
reditatis ac felicitatis: quibus me exheredi-
taui· quibus me priuaui atq totaliter spolia-
ui· Et ecce nudus/ ligatis velatisq oculis in-
star ribaldi vilissimi ⁊ latronis sceleratissimi:
duc⁹ ad infernale patibulũ· qui rex corona-

tus fueraz in sacramēto baptismi ad regnum tuū celestē/ q̄ lugubze spectaclm facio de me ipo oīb⁹ viris miscdie·imo etiā cunctis in q̄ rum cozdibus vel modicam stillā tue pietatis dedisti: q̄t t q̄tis derisiōib⁹ demonuz pareo· q̄tis t q̄ asperis insultatiōib⁹ eoz expositus sum: Insultare mihi nāq̄ merito t veracissime possunt: mihi inq̄ miserrimo atq̄ vilissimo dicētes· Ecce iste factus est sicut vnus ex nobis· In hoc vtiq̄/ q̄ tam vilissim⁹ apostota flāmis eternalib⁹ t tenebzis cū ipis adiudicatus sum· Et qui dānabiliter associaui me ipsis in culpa apostasie·i·recessiōis a te/ozdine rectissimo associari eis debeo in pena dānationis eterne· Hoc aūt pl⁹ habz apostasia mea culpe: q̄ de sublimi gratie adoptiōis qua filiū me adoptaueras: t de altitudīe regni tui celestis cui⁹ heredē me feceras: tam viliter tanq̄ turpiter deiect⁹/ imo spōte cadēs in extremā istam ignominiam t pauptatē deueni· Quis ista mala mea tot t tanta videre posset: absq̄ dolore compassionis/ t lachzymis: nisi ipsi q̄ bus me associaui demones· vel qui ex pte eorum per simulem associationem effecti sunt·

¶ Requirende sunt intercessiones sanctoz ad impetrationē lachzymarum· La·XXVII

Consiliū aūt necessariū ac saluberrimū est: vt cuz vides p temetipm solum impetrare nō posse/ donū luctus t gram lachzymarū hoc impetrare studeas sanctozuz suffragijs· Et potissime suffragijs gloziose marie Magdalene· necnō t beatissime illius marie egyptiace: que istis donis tam magnifice· tanq̄ largiter dotate fuerunt· Hoc factū est tempe meo/ vbi quidam magnus/ cum doleret t cō quereret de ariditate cozdis sui: eo q̄ aruisset in eo fons lachzymarū: incidit cozdi eius consilium istud: vicz vt iret ad sepulchzum gloziose dñe marie magdalene· Cūq̄ ibi p̄careť vt fontē ei lachzymarū suis suffragijs impetraret· quod p eam obtinuisse suis familiaribus referebat· Debes etiā reminisci q̄ donū luctus siue fons lachzymarum: lauatozium ē in claustro spirituali: in q̄ sanctitatis regula obseruať· Intolerabilis aūt est defectus in oīm claustro: defectus lauatozij· Qua ppter obsecrandus est tibi deus/ qui solus edificatoz est claustri illius/ vt ipse in claustro tuo quod tu ipse esse debes/ vel coz tuuz: nō p̄mittat de eē tam necessariam officinā· Et quod ipe eaz in eodem edificet: p̄sertim cū ipse sit puritatis t mundicie zelantissimus amatoz: que nisi per lauatozium hmōi p̄seruari in isto claustro nō possunt· Obsecrandus ē etiā q̄tū pōt t q̄tuz ipe dignatiōe sue pietatis t dulcedinis te adiuuare voluerit: vt ipe tibi largiať in eo copiosas t indeficientes aquas· Reminisci etiam debes de pena regulariū: cui⁹ tibi feci/ in p̄cedentibus mentionē: quibus auferť mensura vini q̄ dicit iusta: nō tñ auferť aqua q̄tūcūq̄ deliquerit· nec dať eis panis nec cibus vllus absq̄ potu saltem aque· Obsecra igiť ipsum ne in te hunc intolerabilem rigozē sue seueritatis exerceat· qui t claustralem disciplinam t duriciam humanā excedat· Obsecrandus est etiā vt in alijs penis si vindicta ei de te placeat· vindicet in te quecūq̄ vindicare voluerit: q̄ illis que longe te faciunt ab illo t impediunt/ quo minus appropinques ad ipm· presertim cum ipe iubeat dicens· Appropinquate deo t appropinquabit vobis· Hec aūt aridi tas ab aquis vicz lachzymarū: phibet euidēter appropinquare teipsi· sic aque lachzymaz appropinquare te faciunt ad ipm t ipm ad te·

¶ Q̄ afflictio cozporalis valet ad impetrationem lachzymarum· La· XXVIII

Est aliud adiu toziū orationi: grāde atq̄ fortissimum: ipsa afflictio seu tribulatio/ de qua t ppter quā clamať ad deū: ppter q̄ ab ipso spūsancto edocti patres affligebāt se cum oratiōibus suis impetrare vellent aliq̄d magnū a dño· quod adhuc seruat oīs ecclesia scōzū: affligēs se ieunijs/ cilitijs/ labozib⁹ t flagellozuz etiam disciplinis: t alijs modis/ quos iustificatiōis gratia docere t fugere cō sueuit· Et tribulatio p qua vel contra quam scz vt auertať clamatur ad dñm: in primis adiuuat oratiōnē: q̄ facit vt eidem clametur obnixius/ sicut dicit beat⁹ Aug⁹· videlicet q̄ in tribulatione obnixi⁹ clamatur· Causa aūt in hoc ē q̄m ipsa sua acerbitate incitat et incēdit desiderium liberationis ab ea· Et ppt̄ h/ q̄to maioz/ acerbioz ve fuerit: tanto magis incendit vel incitat desiderium hominū· Desiderium aūt impetrandi quod petiť· vox ē oīonis t ppter hoc muta est t sine voce oīo: q̄ desideriū nō habet hmōi· Et ideo tacet in oīone q̄ loq̄ videť multotiēs· Cū aūt vehemēs fuerit

Capitulum XXIX

hmõi desideriũ erit clamor· qua ꝓpter verus ē sermo beatissimi Aug⁹· qui dixit· quia in tribulatione clamat obnixius· Obhanc causaz dixit alibi· Idem btũs Aug⁹· quia ꝓpter hoc ĩmittit deus tribulatiões: vt tribulati clamẽt ad ipm: clamãtes exaudiat: exaudiri liberent liberati glorificent misericordissimũ liberatorem deum· Qua ꝓpter dixit idem sup euãgelium Matth· quia tempestatem fecit oriri in mari: vt nauicula iactaret fluctibus: vt metu tempestatis territi discipuli excitarẽt dñm iesum christũ dormientẽ: ⁊ clamarẽt ad ipsum a facie tempestatis: exauditiq; ⁊ liberati glorificarent ipm· sicut ⁊ ibi factũ est· Scõo adiuuat oronẽ afflictio· qm̃ afflictio miseria ē· Miseria vero/ ꝓuocatrix est miserationis apud misericordissimũ· ꝓpter qõ ⁊ misericordia dicit q̃ miseria cordis de alieno malo· qõ ꝓprie compassio noiat quasi alienũ cõsortiũ passionis· Que q̃dẽ ⁊ si in deo locũ nõ habeat/ q̃tuz ad effectum· quãtũ tm̃ ad effectũ subuentiõis cõpetit eidem quaten⁹ phas est· Subueniens em̃ miserator deus tribulatis· Hoc facit ipis qõ socius tribulatiõis faceret si posset eisdem vicz liberans eos/ vel tribulationẽ mitigans aut leniens ipis· Quia igit afflictio ꝓpria in eis: qui aliũde tribulãt: addit ad miseriã iporum: addit ⁊ ad ꝓuocationẽ vt ꝓdixi miserationis· Et ꝓpter hoc addit adiutoriũ exauditionis ipsius oronis ꝑ quã miseratio intendit impetrari· Tertio qm̃ ipsa afflictio propria: quedã ps est iustificationis: Necesse est vt ꝑpter illã detrahat miserator deus siue minuat de vindicta: quã irrogaturus erat/ si ista afflictio nõ esset· Nõ quidẽ minuit aut detrahit ꝑ quãtitate afflictionis hmõi sed ꝑ largitate sua/ ꝑm largitatẽ ⁊ ĩmensitatẽ miõie sue· Interdũ etiã totã detrahit initio afflictõis hmõi ⁊ sententiã dãnatiõis ĩminentis totam reuocat: totãq; penã mínatã ignoscit· sicut manifestum est fecisse niniuitis/ cũ agerẽt penitentiam ad ꝓdicationem Jone ꝓphete· Manifestũ igit ẽ tibi ꝑ hoc: q̃tũ ⁊ qualiter afflictio ꝓpria adiuuat ad oronẽ adipetrandũ miserationẽ· Juxta hoc dixit Bern· Clareuallen· Jõ affligere se debet orans coram dño: vt parcat saltem flagellato: q nõ ꝑcit iustificato· ac si diceret: vt ipa flagellatio miõiam ꝓuocet quã iustitia (quia nulla est) ꝓuocare nõ põt· Si quis aũt querat de mugitib⁹ boum: ⁊ eiulatibus puuloruũ: ⁊ de afflictionib⁹ animaliuz q̃s passa sunt apud niniuitas: in q vel ꝓpter qõ adiuuabant oones niniuitarũ· Rñdeo in ꝟ quia afflictiões erant hoim quoruũ erãt puuli ⁊ quoruũ erant aialia· Causa aũt in hoc ẽ qm̃ in filijs ⁊ in ialibus suis ac rebus alijs: manifestum ẽ affligi patres ⁊ matres ⁊ rerũ hmõi possessores· De ieiunio vero q̃tuz adiuuet oronẽ: expressit beat⁹ Aug⁹ vbi dixit· q si vis orationẽ volare ad deũ: fac ei duas alas: ieiunium /⁊ elemosynã: quarũ igit altera alarũ: adiuuet volucrem ad volandũ tm̃· simili mõ adiuuet ieiuniũ oronẽ ad volandũ ad deum· volatus aũt hmõi exauditio est· nõ em̃ ascendere dicuntur oones: nisi quas exaudit de⁹·

Quare ieiunio tanta efficacia tribuatur· Capitulum XXIX

Habet aũt questionem ⁊ ãmirationẽ nõ leuem ꝑpter quod sapientissimus ⁊ sanct⁹ Aug⁹· Jeiunio tantã efficaciã ⁊ virtutẽ hic attribuit: vt eã elemosyne parificare videatur· Alle em̃ due paris virturis sunt/ ⁊ equalis per om̃ia in om̃ibus volatilib⁹: ⁊ equale prestant eis adiutoriũ ad volandũ· nec potior ẽ in hoc ala dextera q̃ sinistra· nec ecõuerso· Cũ econuerso se habeat in maiori pte hominũ Nõ em̃ equalis ꝟturis aut fortitudinis sunt dextera manus ⁊ sinistra in hominibus: ĩmo in pluribus dextera sinistram excedit· In solis ꝟo illis q̃ vocant ambodextri qualis fuit hayoth ⁊ gabaonite ⁊ ꝑ om̃ia eiusdẽ fortitudinis sunt: ⁊ ad opandũ eiusdẽ adiutorij· Aplus aũt dixit· j· ad Timoth· iiij· quia pietas ad om̃ia valet· exercitatio aũt ad modicũ valet· Jeiuniũ vero vna est de exercitationibus corpalibus quare nulla est compatio ieiunij ad pietatem quẽ ad modũ nulla est eius quod est modicuz ad om̃ia· Rñdeo in hoc ⁊ dico verũ esse· Hoc est veri noís ⁊ rõnis ieiuniũ· oblatio ⁊ sacrificium est ꝓprij corporis: sicut euidenter testatur aplus ad rhomanos· xij· dicens· Obsecro vos ꝑ misõiam dei exhibeatis corpa vestra hostiã viuentẽ/ sanctam/ deo placentẽ· preser tim cũ nõ auaricie: sed misõie iciunat· Hoc aũt est· cum ea que detrahunt corporibus de alementis: in christi paupez alemoniã/ vel in alios vsus pios erogant· Hec videt esse veri noís: quo nõ ⁊ aia ⁊ corpus affligit· Hec modica ẽ afflictio anie humane/ fames ⁊ sitis· qõ inde manifestũ ẽ: q cũ vehementer inualuerint: cogũt hoiem comedere man⁹ suas / vel

alia de carnibus suis: que rape de ipso corpore suo poterint. Similiter ꝛ de vehemētia sitis bibere eñ ppriū sanguinē/ vel vrinas cōpelluñt. Afflictiones vo corpis eē ipm ieiuniū: attenuatio eiusdē corpis: que p pauca ꝛ moderata ieiunia fit/ euidēter ostendit. Hoc aūt nō p pterea dico quia ita ieiunādū: vt in hmōi rabiem sitis esuriens inualescat. Sed potius vt manifestū tibi fiat: quia veri nois ꝛ rōnis: ieiunium ꝛ sacrificiū ē vt dixi: ꝛ iustificatio q̄dā tā aīe q̄ corpis. Et ppter hoc efficax non mediocriter ad placādū iram iustissimā dei. ꝛ ad minuendū penas meritas seu debitas. Quoto eñ quis vehemēti⁹ se affligit pro suis vitijs ꝛ peccatis: tāto min⁹ in se ipo relinquit diuine iustitie puniendū. Quapropter cū semetipsum sufficienter iustificat: non ē adeo vlteri⁹ iustificand⁹. Sicut docet apostol⁹. j. Corinth. xj. dicēs. q̄ si nosmetipos diiudicarem⁹: non vtiq̄ diiudicaremur. Jam igit̄ declaratū ē tibi per hoc: quaten⁹ ꝛ qualiter ala altera orationis ē ieiuniū: vicz ad impetrationē remissionis pene merite seu vindicte. Adiuuat etiā orationē ad volandū in sublime/ diuine mīsationis qm̄ miserabilez efficit ieiunantē. xm qđ dicit apostol⁹. q̄ exercitatio corpis ad modicū valet. Intelligendū ē/ vt ē exercitatio. ꝛ hoc est dicere p se. valet nanq̄ per se ad frangendū vires carnis: ꝛ ad reprimendos/ ꝛ interdū extinguendos ardores cōcupiscentiarū carnaliū. Et ad hoc efficax est valde ieiunium/ quēadmodū subtractio lignoꝝ adextinguēdū incēdiū. Sic dr. detrahe ligna foco si vis extīguere flāmas. Et carnis mot⁹ ocia/ vina/ dapes. Nec intelligas hic exercitationē corpis: nisi macerationē carnis: q̄ fit non solū ieiunijs. sed etiā laboribus. ꝛ oñibus sanctis occupatiōib⁹. p se igit̄ inq̄tū exercitatio corpis: ꝛ p hoc q̄ ē exercitatio: ad hoc valet qđ

T pdixi. quod reuera modicū est cōpatione vtilitatū pietatis. Pietas eñ. i. misericordia ꝛ ad illud valet: ꝛ ad oñia alia que salutis sunt siue pertineāt ad salutē. Nihil eñ est/ vel venie/ vel gratie/ vel glorie/ quod pietas nō impetret. sicut exp̄sse legit̄. Thobie. qm̄ elemosina ab oñi peccato et a morte liberat. ꝛ non patitur animā ire in tenebras. Et iterū. Nō auertas faciē tuam a paupere: Ita eñ fiet vt nec a te vertet̄ facies dñi. Elemosina nanq̄ non solū potest vl̄ valet p eum in quo est/ vel facit illam: sed etiā p eos quibus fit. valet etiam p semetipsaz. Elemosyna eñ p illd qđ elemosyna est: habet fructus ꝛ vtilitates mirabiles ꝛ mirificas. sicut est euidenter colligere ex testimonijs scripturarū. Quid vero p sophisticas calūnias: que in scolasticis disputationibus nō tam fructuose q̄ tumultuose audiuntur: pietatem intellexerunt in sermōe p̄missō Apli illa que theosebia noīat. ꝛ hoc indubitanter cultus deo debit⁹ ꝛ accept⁹ noīat q̄ rectissime veneratio scōy. i. rey scāy/ i qb⁹ p̄matū ꝛ principatū supeminētissimū obtinet creator benedictus: tanq̄ in p̄mis ꝛ maxime venerandus. Deinde beatissima ꝛ gloriosissima dei genitrix. post hoc vnusquisq̄ sanctoy ac sanctarū in ordine suo. Nec dement̄ sacramenta sacramentalia sacraq̄ bona sua. et sacra vasa atq̄ ornamenta. Et generaliter oīa quecūq̄ bñdictionibus pontificalibus sacrātur vel sanctificātur. Omnia nanq̄ hmōi tāq̄ sacra veneranda sunt.

Assiduitas oronū adiuuat nōbilit. La. XXX

Et aliud fortissimum oronis adiutorium. s. assiduitas: sicut testat Jacobus vltimo. c. epl'e sue dicens. quia multum valet deprecatio iusti assidua. Et apls. j. ad Thessal. Sine intermissione orate. Et ipa veritas in euāgelio luce. qm̄ oportet semp orare/ ꝛ non deficere. Qualiter aūt orabimus semp. Impossibile eñ manifestū est semp aliquē orare/ qualiter possibile est dormientem orare cum dormit. Credo aūt te hic audiuisse verba hominū: de quibus fuerunt qui dixerunt vitam oēm sanctorū/ orationē esse. ppter auctoritatem que dicit. Justus nō desinit orare: nisi cū desijt iustus eē. Hoc aūt nō est dictum nisi p tropiā: quo due res que idem vel equalia efficiunt: solent dici vnū eē. iuxta fmonē apli. j. ad Corinth. iij. Qui plantat ꝛ qui rigat vnū sunt. Et intelligit vnū in efficacia seu intellectu. Sic se habet de oro one iustorum/ ꝛ de vita eorū. In effectu nāq̄ impetratiōis apud deū vnū ꝛ idem sunt. Eadem eñ impetrāt apud ip̄m vita sanctoy: ꝛ oro eorundē. Utraq̄ eñ impetrat ꝛ veniā ꝛ gloriā ꝛ gratiā. ꝛ oñe alid bonū qđ ip̄is largitione diuina tribuit. Quidam q̄ ex sanctis p̄rib⁹/ dixit se incessant orare/ pro eo q̄ vel ip̄e orabat in persona sua: vel paupes quos labore manuū suarū sustētabat Dicit igitur se orare cū pro ipso orabat. Uel non est opus vt in explanatiōibus troporū ꝛ

figuraꝝ hmõi detineam te vlteri⁹. Ad illud igitur veniẽdum ẽ qũo oportet semp orare: ⁊ qua de causa. Dico igiť q ꝙdiu ferruꝫ ardet ⁊ incendiũ: tamdiu clamãdũ est contra ignẽ pro aqua. Et hoc euidẽter vides in incẽdijs istis lr̃alibus. ꝙdiu eñ ardet ignis/ q̃ domus aliqua comburiť: tãdiu continuaťclamor eorum qui ad liberationem domus ⁊ extinctionem incendij laborant/ vel alias sataguntꝫ vbi est ergo in tota ecclesia dei domus ĩ qua ignis vel ire vel luxurie vel alterius pestium hmõi nõ incessanter grassať. Nõ dubitas q̃n rarissime paucissimeq; sint quibus deus pcat ab his doloribus: vel quas ab eis potius tuc atur. Qua ꝓpter si vel leuiter vel ad modicũ aperueris oculos: ⁊ inspexeris in ciuitatem dei: videbis fere eam vbiq; varijs vastari incendijs hmõi. iuxta cõminationẽ dñi p Esaiã dicentez. Relinqueť filia syon sic ciuitas que vastať tot ⁊ tantis incendijs. Deniq; tamdiu pugna cõmittitur: ꝙdiu durat preliũ: an nõ resonandũ est tubis cõtra hostes? Clãgores aũ t turbarũ nõne sunt clamores orationum

¶ Amplius temptatio ẽ vita hominis super terram. et alia littera habet militia. Hoc aũt nõ nisi bellũ. Si igiť toto bello. i. toto tempe duratiõis belli: vociferandũ ẽ ⁊ tubis resonãdum: nulla ꝓte vite hui⁹/ vel grandis vel modica: cessare licet nobis ab oratione. ¶ Q̃ si quis fortasse dixerit. q̃ clerici ⁊ sacerdotes. ⁊ inter hos potissimum claustrales: debitores sunt instantie istius: ⁊ continuationis orationum. cum eis ab alijs opationibus adeo parcatur: vt nihil aliud eis impositum sit. Et ipe lhiero. expresse dicit. q̃ monachi officiũ ẽ sua ⁊ alioꝝ peccata deflere. Et generaliter ad hõ/ ⁊ propter hoc totus clerus cõstitut⁹ sit: vt mediator sit inter populm et deum. sicut et iuxta litteram. inter populum ⁊ altare loco medio stat in ecclesia. Ad hoc videlicet vt laudibus/ oronibus/ ⁊ sacrificijs: nõ solum iram dei placare studeant erga populũ: sed etiam gr̃am ⁊ gloriam eidem impetrare. Rñdeo in hoc. q̃a reuera instandũ est oroni/ ⁊ q̃stũ pmittit ipsa (qua oñes pmimur ⁊ circũdamur) ifirmitas similiter et quantum alia officia permittunt: que nec minoris glorie sunt creatori. nec populo minus necessaria sunt. sicut officium predicationis/ sacramentationis. Officiũ interdum iudicationis ⁊ pacificatiõis inter discordes. Sunt ⁊ ꝓter hec officiũ disputandi cõtra errores/ officium cõquirendi ⁊ fabricandi arma spũalia cõtra hostes ecclie dei. Officiũ q̃ texendi retia. hoc est componẽdi ⁊ scribendi sermones/ ad piscandum in mari magno et spatioso mundi hui⁹: pro quibus vani homines ⁊ imperiti telas aranearũ texũt pro eis: nõ solum inaniter sed etiã damnabiliter. Ipsisq; auditoribus pniciose seipsos euiscerant dum ea vel docent vel p̃dicant/ quibus nõ solum nõ capiunť: sed etiam inflãmanť. interdumq; fatiganť. Et quod est ad malorũ omnium cumulũ: ipa aromata sacrorũ eloquioꝝ fastidiunt ⁊ abominanť. eosq; vt aures suas ab eis prorsus auertant. ¶ Orat eñ sine ĩtermissione qui alia sibi officia imposita/ nec ꝓpter orationẽ intermittit aut negligit: nec ꝓpter alia ab oratione desistit. Orat igiť semper ⁊ nõ deficit: qui iuxta q̃ ei ab alijs officijs pmittit/ oroni insistit. Propter q̃ ⁊ circũspecte adiecit veritas. oportet orare semp ⁊ non deficere. Sic eñ abundandũ est nobis in oratione: ne alijs officijs deficiam⁹. nec cogimur p exempla illa que de pugna ⁊ incendijs h̃ ad ducta sunt. in oñi momẽto tpis instare oroni cũ alia ñ min⁹ nc̃ria vel salutaria vl̃ salubria cũ vacare⁹ oroni ꝓtinue. nõ sufficienť ĩplerẽť

Generaliter eñ cõstitutus est clerus: vt custodiat iustificatiões dei ⁊ mandata eius exq̃rat. sicut legiť in p̃s. Et. ij. Paralipo. iij. p̃cepit rex ezechias populo habitanti in hierlm vt darẽt partes sacerdotibus ⁊ leuitis: vt posſent vacare legi dñi. ⁊ subintelliges intelligẽde/ meditande/ implende/ ⁊ docende. sicut ⁊ p̃s. legitur. dedit regiones gentiũ/ ⁊ labores populorum possiderunt: vt custodiant iustificationes/ ⁊ legẽ eius exquirant. De claustralibus vero siue regularibus/ quos communiter religiosos dicimus: non est dubitandũ q̃n summa cura debeat eis esse de dei laudibus/ orationibus/ ⁊ sacrificijs. His eñ tribus oñia officia religiosorum inseruiunt principaliter

¶ Disciplina nãq; claustralis: que in capitulo exercetur: custos quidem est triũ istorum. Siliter ⁊ sobrietas ciborum ⁊ potuũ: que religiosis vindicta est: ⁊ in refectorijs eorũ regulariter seruať: nõ modicũ nec leue adiumẽtũ ꝓstat trib⁹ illis a ñ dictis. Vex lectionẽ ab oratione distinguere: non multuꝫ curo. cũ adeo sibi inuicem cõnexe sunt: vt lectio oronẽ impugnet: ⁊ lectionem oratio illuminet. ¶ Q̃a ꝓpter arida ⁊ modice vel nullius refectio-

nis est oratio: quam lectio nō impugnet· ⁊ pa
rum luminosa lectio: quaz oratio nō illustrat·
Ceterum lectio psalmoruz: sacratissima atq;
ꝓfundissima: pene tota oro est· Unde sic nec
veraciter psallit: qui psallendo nō orat: ⁊ intē
do cui⁹ psallere nō est orare· sic nec veraciter
legit psalmos· cui⁹ legere orare nō est· Lon=
ge em̄ differūt ab inuicem psalmoꝝ recitatio
⁊ ipsorū vera lectio· Medullata nāq; debet
eē psalmodia/ nudat ianis a ꝺuotiōe psalmo
rum recitatio: tumultus tm̄ ēt strepitus la=
biorū· ꝓpter quod dixit dn̄s Amos· v· Au=
fer a me tumultum carminū tuorum: ⁊ cātica
lire tue non exaudiam· Et putauerunt se ha
bere vasa cantici· sicut Dauid· Et iā dixi quia
vox orationis desideriū/ internū ē· Et ꝓpter
hoc dicebat Dauid ad dn̄m/ desideriū cordis
eorum audiuit auris tua· Ex omnibus istis ℊ
colligitur· q; officiū orandi non solū sed maxi
me impositū ē clero: siue seculari siue regl'ari·
Et ꝓpter hoc nec est necesse vt isti officio to=
taliter ⁊ singulariter se impendant· Assidui=
tas igitur orationis inculpabiliter seruatur:
cum tempe suo ⁊ loco/ saluisq; alijs officijs ei
dem ꝓut decet insistit· Et intendo prout de=
cet· vt pinguis sit ⁊ medullata/ ꝓut doceberꝫ
insequētibus· Semper igitur orat ⁊ non defi
cit: qui sic orat· quēadmoduz quis semp dicit
ieiunare/ qui omni die vnica refectione con=
tentus ē· Q; si quis arguere velit semper
ieiunat igitur etiam cū cōmedit· concedi po=
test cōclusio· qr indubitanter dum cōmedit·
contentus ē refectione vna in die: ⁊ abstinet
a pluribus refectiōibus· Sic semp orat iste/
⁊ nō deficit ab oro ne: qui statutis horis: hoc ē
ad orandum deputatis: oronē facit· Non em̄
deficit a quocūq; bono ope nec in defectum ē
opis illi⁹ qui eam suo tempe ⁊ loco exercet·

De importunitate orandi· La· XXXI

VErum quoniā
AV laudauit veritas in euāgelio im=
probitatem/ in oratione et impor
tunitatem tanq; fortissima oratio
nis adiutoria· Sciendū est tibi q; improbitas
in rogando: nō est nisi instantia tediosa siue
molesta ei/ qui rogat· ⁊ hoc ꝓpter plixitatem
suā vel vehemētiam· Quidam em̄ sunt/ qui
p̄ces suas nō solū offerunt eis quos p̄cantur·
sed etiā illas ipsis ingerunt ⁊ impingunt: qua
si pugnantes contra duriciē vel difficultatem
exauditionis: ⁊ tandē ipam impugnātes atq;
vincentes ⁊ gr̄am seu bn̄ficium exauditionis
tedio interpellationis/ tanq; ab inimicis ex=
torquētes· Sicut in exemplo de vidua· cuius
petitionē exaudiuit iudex nō quia deū time=
ret ipe/ vel homines vereret ipe: sed quia mo
lesta eidem erat vidua· sicut legit Luc· xviij·
Importunitas vero simul molestia est siue te
diositas in interpellando siue rogando· Qui
importunus dicit quasi inoportunus qui i ro
gando nec loci nec tempis oportunitatē ser=
uat· ⁊ vbicūq; potest p̄ces ingerit ⁊ impingit
ei quē rogat vbicūq; illū inueniat· vicz in mē=
sa siue in cubili/ siue in publico siue in secreto·
vel dicit importunus quasi in portu/ vel i por
ta ita vt arceri inde nisi valde difficile potest:
Et a ianitoribus impulsiones multas ⁊ verbe
ra sustinet: vt accedat vel appropinquet ei q;
rogare intendit· Tu autem scis· quia omnia
ista molesta sunt valde magnatibus· Longe
aūt sūt he ⁊ oēs alie molestie a pacatissima
⁊ tranquillissima gloria creatoris· sed nec est
ab eo aliq̄d: tanq; eo inuito extorqueri· Om
nia quipe largit̄ p̄larga bonitas eius: nō so=
lum liberaliter sed etiam libēter· Voluit igit̄
in exemplo illo de vidua antedicta· ⁊ in exem
plo de amico ⁊ tribus panib⁹ quod legit Lu=
ce· xj· nos animare ad oronis instantiā· Nihil
em̄ ei gratius offerri pōt a nobis: q; pfecta ex
oībus modis suis oro· Causa aūt in hoc est
abundantissima largitas bonitat̄ ipsi⁹ p quā
querit in nobis occasiones miserēdi semper
nobis/ ac bn̄faciendi· Adeo nāq; placet eidē
dare: vt ꝓpter hoc omnia creaucrit· volebat
em̄ habere/ ⁊ quibus daret· Angelos autem
⁊ hoīes in hoc specialiter creauit: vt daret eis
semetip̄m· ꝓpter quod ⁊ tales eos creauit· q;
ipsius capaces essent: nisi vitijs ⁊ peccatis co
usq; seipsos minorassent ⁊ coangustiassent·
vt diuine īmen sitatis oīno irreceptibiles ⁊
īcapibiles essent: sic ⁊ offensis cōtumeliarum
⁊ iniuriarū innumerabiliū ⁊ inestimabiliū irā
eius iustissimam adeo cōtra seipos ꝓuocauc
runt: vt iustissime semp̄q; ac p oīa laudādo
iudicio eius: reddenda sunt eis eterna suppli
cia· Presertim atq; potissimū illis q; culpis su
is originalibus ⁊ actualib⁹: cōtumaciā obsti=
nationis ⁊ incorrigibilitatis ꝑtinaciā addide

rũt·Apparet igiť tibi si tĩ videre vis/ꝛ vales ꝙtus sit placor ꝙtaꝙ gr̃a piarũ ac deuotarũ orationũ coram deo/vel apud eum·dum per eas eidem p̃stať occasio id faciendi: ꝓpter qđ ei placuit ei oĩa facere·ꝛ hoc est largiri quo nihil eo gratius esse potest·Et ob hanc cãm gratiosissima est in conspectu eius humilitas Ipa eñ semꝑ quereloſa est·semper mendica semꝑ egena·dum hic viuiť·semꝑ saccum suũ vacuum eidem ostendens/ꝛ porrigens·sem perꝙ indigentẽ ac pauperrimã se ac clamãs miseriasꝙ suas ĩmẽsas ꝛ innumerabiles oculis pietatis ipsius inger ens·nõ tam ostentãs ꝙvehementi improbitati ꝛ importunitati im pingens·iuť consuetudines trutanorũ: q̃ sca bies suas ꝛ vlcera/mẽbrorũꝙ suoꝝ corrosio nes/nuditatẽ/ceteraſqꝙ miserias suas: tanta studiositate oculis spectantium ingerunt/et intueri illas eos cogunt·vt si nullo miseratio nis affectu in eo moueanť·necesse tĩ habent aliquo bn̄ficio oculos suos ab aspectu tã hor rificarum miseriarũ redimere·Et habet ad huc aliud gr̃e singularis humilitas eius/vicꝫ q saccus eius nec hic impleri põt donis largi tatis: nec pauptas eiusdem ditari·Causa aũt in hoc est qñ quãto maiora ampliorꝙ dona recipit: tanto amplius ipa crescit·Et ꝓpter h̄ tanto amplius vacuã ꝛ paupem se proclamat Ipsa igitur quasi contendit cum ĩmensitate diuiciarũ/ꝛ benificentie creatoris/ꝛ dicit au denter·imple saccum pauptatis ꝛ vacuitatis mee: si potes dñe deus meus·Propter h̄ igiť vt p̃dixi/gratiosissima est humilitas in cõspe ctu creatoris: qñ occasiões ei semꝑ ministrat largiendi simul ꝛ ministrandi/donandi pari ter ꝛ p̃donandi·sicut cñ gaudiũ est iusto face re iudicium·vt legiť Prouerb̃·viij·Ita gau dium est largissimo ignoscere ꝛ largiri·qr igiť sup oĩem cogitatum est largitas creatoris· Ita sup oĩem estimationem nostram est bo nitati eius placitum largiri·Propter hoc igi tur merito tam placite sunt ei occasiones lar giendi: quas ei humilitas subministrat·

¶ Q fides adiuuat orationem·La·XXXII

